
Boston Medical Library
in the Francis A. Countway
Library of Medicine ~ *Boston*



ARTEMIDORI DAL-
DIANI PHILOSOPHI EXCEL-
lentiſsimi, De ſomniorum interpretatione, Libri Quinq;, Iam primum à Iano Cornario medico phyſico Francofordenſi, latina lingua conſcripti.

FRO BEN.

BASILEAE ANNO M. D. XXXIX

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Open Knowledge Commons and Harvard Medical School

http://www.archive.org/details/desomnioruminter00arte

CLARISS. MEDICIS D. PHILIPPO PVCHEYMERO, & D. Ioanni Megobaccho, Reuerendiſsimorum illuſtriſs.q; principum Alberti Cardinalis ac Archiepiſcopi Maguntinenſis ac Magdeburgenſis Marchionisq; Brandeburgeñ. &c. & Philippi Heſſorum, Cattorum, Dicenſiũ, ac Nidenſium principis nobiliſs. medicis ac cõſiliarijs primarijs Ianus Cornarius medicus phyſicus Frãcofordeñ. Salutem dicit.

TAMETSI non eram neſcius quàm nulla eſſet hoc turbulentiſsimo ſeculo huius argumenti expectatio, & quàm inique à pleriſq; excipietur, quod ex græco autore Artemidoro, uiro, ut apparet, multæ in philoſophia indagãda ſtudij ſedulitatis ac prudentiæ, latine cõſcripſi, Hui, inquient, Somnia nobis, in tanta optimorum quorunq; uirorum contentione, ut ſincera tandem pietas ac euangelica ueritas mundo inclareſcat? Quid minus oportuit quàm ſomnia, falla-

cia,inania,mentes ludificantia,& exploſas
ab omnibus nugas,nūc tandem latinis ho-
minibus cōmunicare, & ex autore qui ne
ſuo quidem tempore gentium philoſophis
tolerabilis erat? Siue autē hæc, ſiue alia his
grauiora, ſupercilioſi illi iudices dixerint,
tamen non eſt uiſum nobis, opus præcla-
riſsimū diutius ſupprimere, Sed in ſtudio-
ſorum & eorum qui ſanis iudicijs præditi
ſunt gratiam, citra longiorem dilationē pu
blicare, Atq; id ueſtris uiri doctiſsimi nomi
nibus inſcriptum ac uobis dedicatū. Nam
quū inſignis doctrinę nomine, & medican
di gloria, celeberrima fama ueſtra per om-
nem Germaniam ſit diuulgata, futurū ſpe
ro ut quorundā temeraria iudicia retūdan
tur, & ut quidam uel obmuteſcāt, uel rebus
clarius cognitis ſincerius pronunciare di-
ſcant, quum non ſit demētia alia maior aut
nocentior, quàm uana ſcientiæ perſuaſio,
& non ineptū ſolum, ſed etiam malignum
de rebus ignotis iudicium. Huic enim de-
bemus quod leuiſsimi quiq; homines, neq;
ratione neq; uſu rerum ſatis ualentes, ac pe
nitus ἀπειρόκαλοι, de maximis rebus, ſtudijs
ac religione, falſas opiniones inuexerunt.

Quare

Quare non eſt dubium mihi quin uel no/mina ueſtra tantum, impudentibus illis bonorum ſtudiorum lauernis terrorem in/cutient. Et alias ſi etiam apud bonos ui/ros facti mei ratio reddenda ſit, ſcio me non alios potiores deligere potuiſſe, qui maiore tum gratia, tum autoritate id præ/ſtare queant. Scio etiam fidem erga me ue/ſtram, quod ut dexterrime poteſtis ſic libē/ter & candide amicum me ueſtrum defen/ditis. Sed ne tamen nimium hac parte uos degrauem, alias maximorum negociorum molibus ac medicandi opera ferè obrutos Te quide doctiſsime Philippe, in Reuerē/diſsimi ac illuſtriſsimi principis Cardinalis ac Archiepiſcopi Magūtini; te uero clariſ/ſsime Megobacche in nobiliſsimi Heſſo/rum ac Cattorum principis aula; aliqua de ſomniorum ratione hic præmittam; qui bus non nimium contentioſis ingenijs ſa/tisfacturum me cōfido, & bonis ac lenibus perſuaſurum ſcio, Somniorum interpreta tionem artem eſſe utilem apprime in uita, & non ut gentilem ac uanā contemnendā, ſed ut piam Chriſtianis etiam ſuſpiciendā ac expetendam. Atq; primum omnium ne

permittimus quidē ut de ſomnijs iudicent, niſi uiris ualde grauibus prudentibusq; ac ſobrijs, quum temerarium ſit iudicare de ignotis & his quæ non intelligas. At quomodo ſomnia nota eſſe poſſint ei cui nunq̃ ipſi uerum ſomnium contigit, quæ ſolum his contingunt quorum anima nullis irrationalibus imaginationibus eſt occupata, neque ciborum aut potus aut humorum ſuperfluorum onere aggrauata, neq; corporis uoluptatibus alijs dedita. Nā quæ huic generi in ſomnis obuerſantur, ſomnia non ſunt, ſed inſomnia, non futurorum ſignificatiua, ſed pręſentiū corporis affectionum ac cupiditatū indicatiua, quorum neq; brutorum animantium genera expertia exiſtunt. Somnia uero grauibus ac ſerijs ſobrijsq; uidentur uiris, ſignificantq; futura, anima nimirum ipſis præſagiente, quæ natura ſua uaticinatrix exiſtit. eiuſmodiq; motus ac figmenta obijcit, quo corpus domum ac habitaculum ſuum, uel ab inſtantibus malis ac periculis tueatur, uel ad futura bona apprehēdenda impellat, magna ſedulitate id agens, ut tanquā in ſpecula corporis collocata, omnia imminentia proſpi

ciat

ciat ac denunciet. Atque hanc differẽtiam ſomniorum ab inſomnijs obſeruare diligẽter oportet. Nam magni uiri & uocum & rerum ipſarum uſum inter ſe cõfuderunt, & inde adeò tam ſiniſtræ de utriſq; opiniones ortæ ſunt. At uero quum hæc ita habeant, palàm eſt ſomnia eorumq; interpretandi artem ad diuinationẽ pertinere, et ex his graues uiros futura præſcire. Inſomnia uero quia præſentem corporis affectum ac ſtatum indicant, proprie & priuatim medicorum iudicio ſubiacere, ut qui inde affectionum cauſſarumq; ac morborum cognitionem aſſequantur. Hippocrates certe doctiſsimus uir & medicinæ parẽs, de hoc genere diligentiſsime ſcripſit, & quomodo in ſingulis corpus tractari ac curari oporteat tum commodæ diætæ, tum medicamentorum uſu, dexterrime explicuit. Et in eodem libro ſomniorum certitudini ſplẽdidum teſtimonium præbuit. Quum, inquit, corpus quieſcit, anima in motu eſt, & corporis partes perreptans domum ſuam gubernat, & omnes corporis actiones ipſa perficit, Nã corpus dormiens non ſentit. Ipſa uero uigilans cognoſcit ac uiſibilia uidet, & audi-

bilia audit, uadit, tangit, triſtatur, animaduertit. In ſumma, quæcunq; corporis aut animæ munia, ea omnia anima ipſa in ſomno obit. Quicunq; igitur hæc recte iudicare nouit, magnam ſapientiæ partem nouit, & qui de huiuſmodi iudicant certã artem habent. Sic Hippocrates, ſic doctiſs. quiſq; de ſomnijs ſenſit, ut merito ſuo inter artificioſas diuinationis ſpecies ars interpretandi ſomnia à ueteribus ſit recepta, maiore certe quàm Aruſpiciũ ſiue Hepatiſpicium & Augurium, nõ minore aũt quàm Aſtrologia. Has enim quatuor ſpecies diuinationis ſiue uaticinationis, etiam hic noſter Artemidorus agnoſcit, reliquis omnibus exploſis uelut uanis & ad fraudẽ ac impoſturã excogitatis, quod etiã M. Cicero libro primo de diuinatione fecit. Quare non uideo quomodo uel ignorãtiæ, uel temerarij iudicij notam effugere poſſint qui de laudatiſſima arte aliter quàm res eſt, & quàm ſapientiſsimi homines ſenſerint, pronũciant, Maxime quum non gentium tantum teſtimonijs, ſed ſacrarum etiam literarum elogio commendetur, & ut ingens quoddam ac diuinum bonum pijs promittatur. Sic

enim

enim Iohelis II dicit deus: Effundam de ſpiritu meo ſuper omnem terram, & prophetabunt filij ueſtri & filiæ ueſtræ, et ſeniores ueſtri ſomnia ſomniabũt, & iuuenes ueſtri uiſiones uidebunt. Neq; uero enumerare libet, quoties in Euangelicis literis monitus per ſomnia nobis proponuntur. Quid aũt quod uir dei Ioſeph filius Iacob, hanc artẽ primus reperiſſe traditur Trogo autore, quanquam Philo ad Abraamũ proauum illius hanc inuentionem referat. Certe ſomniorum interpretamenta ſolertiſſima in ipſo Ioſeph diuina ſcriptura nobis proponit, & Ioſephus ſcriptor magnam eius hac parte peritiam libro Antiquitatum ſecundo aſtruit. Et dubium adhuc certamẽ eſt Iudæis cum gentibus, utriſq; hanc artem ſibi ut inuẽtoribus uendicantibus, quum illi ad Ioſeph, hi ad Amphictyonem ſuum hanc laudem referãt. Porrò ars ipſa interpretandi ſomnia, prudentia & cõiectura maxime conſtat, iuxta uulgatum uerſum, Qui bene coniectat uates hic optimus extat. Nam & ſomniorum interpretes coniectores appellari Quintilianus teſtatur. Quin & obſeruationibus euẽtuum ueterum ma-

xime ſomniorum conſtat, ut ſic ex multis apprehenſis meditationibus ac ſententijs collectis ad finem præſcientiæ utilem, ars ſit cõſtituta. In qua haud dubie maximum artificem Artemidorus præſtitit, uelut ex his quinque eius libris perſpicere eſt. Neque uero ſcio alium de his ſcriptorẽ qui ad nos extet, ut etiam hoc nomine maius operæ pretium me facturum putaui, ſi hos libros latine conſcriberem. Ridiculi autem maxime ſunt hi qui longius trahendi ſermonis cum aulicis uirginibus ac matronis gratia horum librorum lectionem nobis cõmendant, alias pro noſtra religione ac ueritate ipſa non curanda. quum certũ ſit uera ſomnia futurorum ſignificationem afferre, neque eorum monitus falſos eſſe, neque ſuperſtitioſum ſed pium eſſe, his fidem habere. Verum quum pauci omnino ſint qui uera ſomnia uideant, pauciores qui intelligant aut obſeruent, paucißimi qui interpretari poſsint, hinc adeo certiſsimæ artis uilitatẽ ac contemptum obortum eſſe. Atque hic longiſſime ſermonem extendere poſſem, ſi exempla quorundam præſtantium uirorum mihi familiariter notorum producere

libeat

libeat, qui de grauiſſimis reip. tum politicæ tum literariæ cauſis anxij, per ſomnia admoniti ſunt quid facere aut fugere conduceret, aut quid omnino ſucceſſurum eſſet. Poſſem etiam medicos proferre de ægrorũ ſuæ fidei concreditorum ſalute ſollicitos, quibus cõtigit ſomniorum uiſis quid agendum, aut uitandũ, aut omnino ſperandum eſſet edoceri. Cuius rei nõ dubito quin uos fidedigniſſimos teſtes habiturus ſim. Sed & Hippocrates noſter, itemq; Galenus teſtantur aliquoties ſe per ſomnia de faciẽdis cognouiſſe. Verum non eſt ſplendidior locus quàm in epiſtola quadam Hippocratis ad Philopœmenem, ubi ſomnium enarrat quod ſibi meditanti & ſolicito de Democriti ad quem ab Abderitis curãdum uocatus erat, ualetudine ſub auroram obueniſſe dicit: Videbar, inquit, mihi uidere Aeſculapium coram, & iam ad ipſas Abderitarũ portas aderamus. Aeſculapius autem non ut imagines eum alias oſtendunt, mitis ac blandus apparebat, ſed habitu cõcitato & aſpectu horrẽdo. Sequebantur autẽ ipſum dracones reptilium generis immanes, longum tractũ ducẽtes, & horribile quiddam

uelut

uelut in deſertis ac ſaltibus ſubſibilãtes. Se-
quebãtur & ſocij pyxides medicamenta-
rias probe obſignatas geſtãtes. Deinde por-
rexit mihi manum deus, quam ubi libẽtiſſi-
me apprehendiſſem, rogabã ut mihi ſimul
pergere liceret, & ne me in medendo deſti-
tueret. Verũ is nihil inquit, in præſens me
opus habes. Sed hęc immortalium ac mor-
talium cõmunis dea te peregrinum dedu-
cet. Et ego conuerſus uideo mulierem pul-
chram & magnã, ſimpliciter ornatã, ſplen-
didam, cuius oculorum circuli puro lumi-
ne micabant, ut ſtellarũ fulgorem putares.
Et deus quidem diſparuit. Mulier uero illa
apprehenſum me manu, lento gradu beni-
gniter per urbem ducebat, & ubi prope do-
mum eſſemus, in qua hoſpitium mihi para-
tum eſſe putabam, uelut ſpectrũ diſparuit,
hoc ſaltem dicens: Cras te apud Democri-
tum deprehendam. Quum uero iam ſe illa
conuerteret, Rogo, inquam optima fœmi-
na, quæ nam es, & quo nomine uocari de-
bes? Veritas, inquit illa, Ceterum quam ac-
cedentem uides: & derepente altera quæ-
dam mihi apparuit: neq; ipſa mala uidetur,
audacior autẽ aſpectu & concitatior, Opi-
nio

nio inquit appellatur, & habitat apud Abderitanos. Ego igitur ubi de ſomno ſurrexiſſem, mihi ipſi ſomniũ interpretatus ſum Quod non indigeret medico Democritus, quando ſanè ipſe medendi deus diſceſſiſſet uelut qui medendi occaſionẽ & materiam non haberet. Sed ipſa quidẽ Veritas quod Democritus ſanus ſit, apud Democritum manet. Opinio uero quod Democritus ægrotet, reuera apud Abderitas habitat. Atque hæc uera eſſe mi Philopœmen credo, & ſunt ſane, et non contemno ſomnia maxime ubi etiam ordinem conſeruant. Medicina autem & uaticinatio ualde cognatæ ſunt, quandoquidem et pater ambarum artium unus eſt, Apollo progenitor noſter, & pręſentes et futuros morbos pędicens, & ægrotos et ægrotaturos ſanans. Vale. Hæc Hippocrates. Ex quibus apparet & ſomniorum & inſomniorum obſeruationem ac interpretationem, non ſolũ utilem ſed etiam neceſſariam, Medicis imprimis eſſe, utpote ex quibus & cauſas & morbos cognoſcere poſſint, ac cõſequenter curare. Vt et hic calumniam nõ formidauerim, eorum qui ex medico ſomniatorẽ me factum

pro

proclamabũt, aut eorum etiam qui hos de ſomniorum interpretatione libros me uobis præſtãtiſſimis medicis inepte adſcripſiſſe iactabunt. Sed difficilimum & à nemine uſq; in hunc diem tentatum autorem alacriter aggreſſus latinis hominibus communicandum duxi, καὶ οὐ φροντὶς ἱπποκλείδῃ, quid male feriati in literis homines de hac opera mea ſentiant, modo uobis doctiſſimi uiri hoc meum ſtudium probetur, per quorum autoritatem ſcio fore, ut nulli boni & ſincere docti uiri non candidiſſime hanc meam bona ſtudia iuuandi ac augendi uoluntatem amplexentur. Poſſem hic luxatos aliquot & ſauciatos locos proponere, quos & repoſui & perſanaui. Sed nolo hinc aliquam laudem mihi uendicare, niſi doctiſſimi quiq; uiri iudicabunt, non minorem laborem noſtrum fuiſſe in luxatis huius operis partibus reponendis, q̃ ipſi Artemidoro fuit in iiſdem partibus ab initio conformandis. Et iam ſatis diu uos celeberrimi uiri detinui, Iam itaque ad Artemidorum noſtrum, aut potius dedicationis proprietate ueſtrũ, uos dimitto. Cuius ac ſimul meiipſius patrociniũ uobis di

genter

ligenter commendo. Opt. Valete. Francofordæ ad Mœnum, calend. Sept. Anno Chriſti M. D. XXXVIII

Quæ in primo libro Artemidori de ſomniorũ interpretatione contineantur.

De differentia inter inſomnium & ſomnium Cap. I
De ſpeculatiuis & allegoricis, ſiue ſignificatiuis II
De ſpeciebus ſomniorum III
De ſex elementis IIII
De modo generali V
De modo ſpeciali VI
De curioſis & diuinis ſomnijs VII
De tẽporibus et qualia ſunt iudicãda VIII
De moribus IX
Quæ à ſomniorum interprete ſint expendenda X
Propoſitio eorũ quæ in his libris tradun/tur XI
Quomodo interpretationes ſint aggrediendæ XII
Qualem eſſe oportet ſomniorum interpretem XIII
De

De natiuitate xiiii
De uteri geſtatione xv
De pueris & filijs xvi
De pueris faſcijs inuolutis, & de la/
ćte xvii
De capite xviii
De capillis xix
De capillis inornatis xx
De pilo ſuillo xxi
Habere lanas pro capillo xxii
De eo qđ qs uideť ſibi capite radi xxiii
De fronte xxiiii
De auribus xxv
De formicis xxvi
De ſupercilijs xxvii
De oculis xxviii
De naſo xxix
De genis xxx
De maxillis & labijs xxxi
De barba xxxii
De dentibus xxxiii
De lingua xxxiiii
De uomitu ſanguinis, aut bilis, aut pituitę
aut cibi xxxv
De collo xxxvi
De decollatione xxxvii
De ob/

De obtorto capite XXXVIII
De eo quod quis putat ſe feræ alicuius ca-
put habere XXXIX
Habere caput in manibus XL
Habere cornua XLI
De humeris XLII
De pectore & mãmis XLIII
De manibus XLIIII
De lumbis & partibus circa umbili-
cum XLV
De internarum partiũ reſpectione XLVI
De pudendis XLVII
De inguinibus & fœmoribus XLVIII
De genibus XLIX
De pedibus, ſuris, & talis L
De tergo LI
De alteratione LII
De doctrina artium, opificiorum et ſtudio-
rum LIII
Artem fabrilem ferrariam exerce-
re LIIII
De literis LV
De pubertate, ſiue tirocinio LVI
De gymnaſijs ſecundũ ſpecies LVII
De certaminibus LVIII
De pentathlo, ſiue quinquertio LIX

De curſu LX
De reprobatione LXI
De lucta LXII
De pugillatu LXIII
De pancratio LXIIII
De ſcuto LXV
De balneo & lauacro omnis gene-ris LXVI
De cibo & potu LXVII
De potu LXVIII
De oleribus LXIX
De leguminibus LXX
De panibus LXXI
De carnibus LXXII
De ſalſamentis & ſalſis carni-bus LXXIII
De placentis LXXIIII
De fructibus LXXV
De uaſis et reliqua ſupellectile LXXVI
De unguentis LXXVII
De ſaltatione, pyrrhicha, & cantile-nis LXXVIII
De coronis omnis generis LXXIX
De coitu & rebus uenereis LXXX
De coitu præter legem LXXXI
De coitu præter naturam LXXXII

De ſo-

De ſomno & dormitione LXXXIII
De uale & ſalue LXXXIIII

ARTEMIDORVS CASSIO
Maximo gaudium.

S Aepe iam ad huius operis tractatio nem indubitanter ſuſcipiendam im pulſus ſum, uerũ hactenus diſtuli, Nõ ob ſegnitiẽ ceſſans animi aut leuitatẽ, uelut ait Poeta. Sed ob magnitudinem in ea ſpeculationum, & rei multitudinem maxime deterritus, cui acceſsit contradi ctionis hominum formido, eorum præſer tim qui ſiue quod diuinationẽ eſſe non cre dant, neq; deorum prouidentiam eſſe aſſe runt, ſiue etiam alia exercitia & ſtudia ſibi ipſis exquirunt. Nunc uero præſens rei ne ceſſitas, quæ non ſolum in noſtram, ſed e tiam eorum qui poſt uicturi ſunt homines utilitatem ſe extendit, me adeò impulit, ut neq; cunctandũ, neq; ulterius differẽdum opus cenſeam, ſed ea de quibus per expe rientiam compertum habeo, conſcribam. Spero aũt facultatem mihi ad utrunq; præ ſtãdum, abunde ſuperfuturã, tum ut eos q uaticinationẽ ſiue diuinationem è medio

tollere conantur, ſpeciesq́; eius non uulgari ſed ſplendida acie inſtructa opprimere tentãt, effectuum ac euẽtuum teſtimonijs in medium productis, retundam: talia nanque ea ſunt, ut omnibus hominibus ſe opponere, eisq́; ſufficienter reſiſtere queant. Tum ut eos qui uaticinatione quidẽ utuntur, uerum quòd non certam de ea doctrinam contigerunt, ſeducti ſunt, & periculũ eſt, ne eam contemnant & relinquant, ſalutari medela pro errore oſtenſa, in rectam uiam reuocatos confirmem. ferè enim oẽs paulò ante ætatem noſtrã, laudem ex ſcribendo ferre cupidi, & per hoc ſolum ſe celebres fore ſperantes, ſi de ſomniorum interpretatiõe ſcripta relinquerẽt, exemplaria inter ſe contulerunt, aut ea quæ à ueteribus recte dicta ſunt exponentes, aut etiam paucis ex ueteribus acceptis multa nõ uera apponentes. Neq; enim ex experientia, ſed impræmeditati, ut cuiq; quicquam in mentem ueniebat, ſic conſcripſerunt, atq; ex his aliqui omnes, aliqui non omnes ueterum libros indepti legerunt, aliqua uero eos ob uetuſtatem rara & corrupta, penitus latuerunt. Ego uero partim quidẽ magna ani

gna animi contentione, nullũ non mihi li/
brum de ſomniorũ interpretatione cõſcri/
ptum cõparaui: partim uero quum om̃es
uates ex foro ꝓfligati eſſent, utpote quos
mẽdicos, præſtigiatores, ac ſcurras appel/
lant hi qui graui ſimulato uultu ſupercilia
cõtrahunt, cum eis tamen, omni ſpreta ca
lumnia, ꝑ multos annos in græcia tũ ꝑ ur/
bes, tum ꝑ conuẽtus cõuerſatus ſum, inſu/
perq́ & in Aſia & in Italia, inſulisq́ maxi/
mis & populoſiſsimis, quo ſcilicet uetera
ſomnia, eorũq́ euentus audiendo cogno/
ſcerem, neq́ enim poteram aliter circa hęc
exerceri. Ex quo contigit ut abunde mihi
ſupſit, quod de ſingulis dicam, et plura for
taſſis q̃ quis expectauerit, ſic adeò ut in ue
ritatis narratiõe minime nugax deprehen
dar, & quorũ mentionem fecero, etiam de
mõſtrationes euidentes, & quę ab omnib.
facile cõprehendi queant, ex ſimplicib. fa/
ciam, niſi ſanè quid adeò manifeſtũ ſit, ut
ſupfluũ exiſtimẽ eius apponere interpre/
tationem. Cæterũ aggrediamur iam inſti/
tutum, ne longiorẽ q̃ ex decoro ſit præfa/
tionẽ faciamus. quid em̃ uerbis opus eſt,
citra rerum ipſarũ teſtificationẽ, ad te pręſertim

ſertim adeò dicendi peritũ & præſtantẽ artificem: qualis nemo hactenus ad græcos hoĩes acceſſit, adeò aũt prudentẽ & intelligentem, ut nõ expectes dicendi finem, ſed anteq̃ ad finem perducat̃, argumenti ſummam deprehẽdas. Porrò neceſſariũ eſt de elemẽtis q̃buſdã primũ regulariter dicere.

De differẽtia inſomniĳ & ſomniĳ Cap. I

DE inſomniorũ & ſomniorum inter ſe differentia, non paruam etiam in aliĳs meis libris diſtinctionẽ cõſcripſi. Quãdoquidem aũt indecorũ (ſcio) uidebitur tibi hoc opus, tanq̃ quod non iuſtum principiũ habeat, etiam nunc ab illis ipſis initium mihi rite facturus uideor: hac ratione enim ſomniũ ab inſomnio differt, quòd illud quidẽ futura ſignificat, hoc uero præſentia. Clarius aũt didiceris hoc modo. Quales affectiões ſurſum recurrere ſolent, & ſeipſas animæ offerre, atq; ſomnia efficere, uelut exempli gratia, quod amans uideatur ſibi circa delicias ſuas uerſari, & quod formidoloſus uideat ea quæ timet, & rurſus quod eſuriẽs comedat, & ſitiens bibat. Inſupq; quod cibo expletus uomat, aut ſuffocetur, ob factam uidelicet obtura-

tionem

Somniũ futura denotat, et Insomniũ præsentia

tionem, alimento ægre uaporem exhalare potente. Tales ſane uidere eſt iam præexiſtentibus affectibus, nõ ut habeant futurorum prædictionẽ, ſed pręſentium admonitionem. His aũt ſic habẽtibus, cernis utiq; alias corporis ꝓprias eſſe affectiones, alias aĩæ ꝓprias, alias utriſq; cõmunes. uelut ꝙ amãs uidetur ſibi apud rem amatã eſſe, & quod ægrotus uidetur ſibi curari, & cum medicis conuerſari, cõmunes corporũ ac animæ affectiones exiſtunt. Vomere autẽ & dormire, & rurſum bibere et edere, propriæ corporis ſunt exiſtimandæ. quemadmodum propriæ animæ ſunt, gaudere, & triſtari. Ex his porrò manifeſtũ eſt, quod corporalium affectionũ aliæ ob inopiam, aliæ ob redundantiã fiunt. Animaliũ autẽ aliæ ob timorem, aliæ ob ſpem. Et de inſomnijs quidem tantum dixiſſe ſatis ſit. Cæterum appellatio ipſorum nõ eſt propria: non enim qui in ſomno ſunt & dormiunt, ipſum inſomniũ ſolum uidẽt, quum etiam ſomnium opus ſit dormientium. Verum inſomnium in ſomnis quidem efficax eſt, ceſſante autẽ ſomno diſſipatur. Somnium autem in ſomnis obueniẽs ſemper efficax

eſt, intendens curæ prędictionis futurorũ, & poſt ſomniũ efficaces inducens aggreſ-ſiones, excitare & cõcitare animam ſolet, atque ea gratia nomen ab ipſa re compro-miſſa impoſitum habet. Siquidem ὄνειρος græcis, ab ὂν id eſt uerũ, & εἴρειν quod eſt loquor cõponit̃. Vnde & illud poetæ eſt,

τὰ δέ τοι νημερτέα εἴρω. id eſt.

Hæc tibi uera loquar.

Quin & mendicũ Ithacẽſes Irum appella bãt, propterea quod iuſſerat ut quiſquam iam certus nuncius ibat.

De ſpeculatiuis & ſignificatiuis ſomnijs. Cap. II

SOmniorũ alia ſunt ſpeculatiua, alia allegorica, hoc eſt aliorum ſignifica tiua. Speculatiua ſunt quæ ſuæ ipſo rum uiſioni correſpõdent. Velut, nauigãs quiſpiam naufragiũ facere ſibi uiſus eſt, & dum ſic affectus eſſet, ita cõtigit: poſtq̃ em̃ ſomnus ipſum reliquit, nauis penitus peri bat, ipſe uero cum paucis uix ſeruatus eſt. Et rurſus. Viſus eſt ſibi quiſpiã ſauciatus eſſe à uiro cũ quo poſtridie uenatũ exire ꝓpoſuerat, et ſanè egreſſus ab ipſo ſauciatꝰ

eſt iu-

eſt iuxta humerum, quo loco & per ſomnium ſauciari ſibi uidebatur. Amplius uiſus eſt ſibi quiſpiam argentum ab amico accipere, et mane accepit ab ipſo minas decē, & depoſitū inſuper ſeruauit, & multa alia huiuſcemodi. Allegorica aūt ſomnia ſunt, quæ alia per alia ſignificant, anima ipſa naturaliter quippiam in ipſis obſcure indicante. Ego uero ſimul & cauſam ipſorum ob quam ſic uidentur & eueniunt, & nominis originatiōem, pro uirium mearū facultate recenſebo. Primum omnium igitur dicam, quæ ſit diffinitio ſomnij uniuerſalis, contra quam nihil opponi poteſt, niſi aduerſus contentioſos proferatur. Somnium eſt motus aut figmentū animæ multiforme, ſignificatiuum futurorum bonorum aut malorum. Hoc autem ſic habente, quęcunq; quidem eueniunt medio tempore multo, aut modico interueniente, ea omnia per imagines proprias naturales, quæ etiam elementa appellantur, anima ipſa medio tempore prænunciat, ut quæ exiſtimet nos ratione edoctos poſſe futura diſcere. Quæcunq; uero fiunt nulla mora temporis intercedente, utpote nihil diffe-

rente eo quiſquis tandē is eſt qui nos ad in ductionem ipſorum gubernat, in his nullam prædictionis utilitatem nobis eſſe putans, quo tamen intelligamus ipſa antequã experientia diſcamus, ipſa per ſeipſa oſtendit, nihil extraneorum expectans ad demonſtrationem eorum quæ imminere ſignificantur, inclamans quodam modo unicuiqȝ noſtrum, reſpice hoc & animaduerte, ex me doctus maxime quatenus tibi poſſibile eſt. Atqȝ hoc ita habere confitentur omnes. Neqȝ enim quiſquã dicit quod non poſt uiſum ipſum talia eueniũt, ne modica quidem mora interpoſita, Imò quædam ipſorum ſimul ut ſunt intellecta, ut ita dixerim, uiſo adhuc detinente nos, perficiuntur. Vnde & appellationē ſortita ſunt non præter rationem, ſimul uiſorũ & euenientium. Sequitur porrò ad ipſa, ad inſomnium quidem non ſignificatiuum, ſpectrum, de quo tum alij multi, tũ Artemon Mileſius, & Phœbus Antiochenus diſſeruerunt. Ad ſomnium uero uiſum & oraculum. Nos autem libenter prætermittimus expoſitionē, quam quidã nimis ſubtiliter & anxie ſunt rimati, quãdoquidem

quæcunqȝ

quæcunq; non ſunt manifeſta qualia ſunt, ea neq; expoſitorem aliquem intellectu aſſequi poſſe opinor. At uero Allegoricorum ſomniorum quinq; ſpecies quidã definiunt, Alia etenim propria dicũt, in quibus facere aut pati quis ſe exiſtimat. Tunc enim ipſi ſoli qui uidit euenient, ſiue bona fuerint, ſiue mala. Alia autem aliena, in quibus alius nobis uidetur agere aut pati, Illi enim ſoli euenie͂t, ſiue bona fuerint, ſiue contraria, ſiquidem nouerit ipſum, & aliquo modo extiterit familiaris. Quæ uero communia appellantur, ea etiam nomen ipſum declarat, quod ſint quæ cum quocunq; tandem noto ac familiari in ſomnis fiunt. Quæcunq; aute͂ in portus, & muros, forumq; ac gymnaſia, & communia urbis donaria ſe extendunt, ea publica uocant. Solis poſtremum & Lunæ, & aliarum ſtellarum diſſipationem, aut perfectum deliquium, terræq; ac maris indecenter ſubuerſiones, affectus appellant mundanos, proprie aũt ſomnia mũdana uocãt. Sed tame͂ nõ habet ſe hoc modo ſimpliciter uniuerſalis ſomniorũ ratio, quãdoquidem neq; propria ꝑpetuo his q̃ uiderũt ea ſolis euenire

euenire contingit, Noui enim multa quæ patribus ac filiꝭs euenerũt. Velut uiſus eſt ſibi quiſpiam mori, & contigit patrem ipſius uita decedere, qui erat alius, una cum hoc quod & corpore & anima eadem participaret. Et rurſus. Viſus eſt ſibi quis decollari, contigitq́ꝫ & huius patrem mori, qui & uitæ & lucis autor ipſi erat, quemadmodũ caput totius corporis. Tale quid eſt & excœcari, filiꝭs enim interitũ, & non ipſi qui uidit portendit. Multaq́ꝫ inſuper alia huiuſcemodi quis recenſere poſſit. Neque uero aliena non etiam ipſis uidẽtibus euenire quiſpiam adſtruere & explanare poteſt, qui experientia eſt edoctus. Velut: Exiſtimauit ſe quiſpiã uidere patrem comburi, contigitq́ꝫ mori ipſum qui uiſum hoc uidit, ut ob triſtitiam ob ipſum cõceptam, inſtar ignis, ut ita dicam, ab affectu exuſtus pater conſumeretur. Et rurſus, Exiſtimauit quis amicam ſuam uita defunctam eſſe, & non ita multo poſt ipſe uitam finiuit, iucundiſſimo ſibi uſu priuatus. Tale quid eſt & uidere matrem aut uxorem ægrotare, inualida & indecẽtia exhibẽs ac deſignans artium lucella, Neque enim diſ-

ſonum

ſonum eſt hoc, ſed concorditer omnes aſſerunt, artem ſimilem eſſe matri quidem quoniam nutrit, uxori uero, quoniam proprijſſima res eſt. Inſuper & amicos uidere tale quid eſt, & ſi quidem triſtantur, triſtitiam facere, ſi uero gaudeant, uoluptatem. Ab ipſis uero & communia ſomnia redargui poſſunt, Nimirũ quod etiam ipſorum, pro communibus, proprios aliqui iam habuerunt euentus. At uero prima quidem ut plurimum ſic habent, quemadmodum ueteres diſtinxerunt. Sequentia uero, raro quidem. Attamen quum aliquando ſicut nos diximus euenientia, in errorem etiam eos qui magni hac parte habentur, inducant: diſtinguendum eſt ſane de ipſis hoc modo. Ex ſomnijs quæcunq; non extendunt ſe ad uicinos, in ſolis uidẽtibus & ad ſolos exiſtentia, & non ad quoſdam & per quoſdam effecta, ea uidentibus eueniunt, uelut ſunt, dicere, canere, ſaltare, & deinceps pugilem eſſe, decertare, ſeipſum ſuſpẽdere, mori, crucifigi, natare, theſaurum inuenire, uenerea exercere, uomere, deſidere exonerandæ alui gratia, ſedere, dormire, ridere, plorare, cum dijs loqui, &

ſimilia

ſimilia. Quæ uero circa corpus ſunt, aut corporis partem, & circa externa, uelut lectulos, aut arculas, aut ciſtas, & aliam ſupellectilem ueſtitumq́ & ſimilia, quamuis propria ſint, ſæpe tamen ſolent etiam uicinis euenire, iuxta neceſſitatis & uſus proprietatem. Sic caput refertur ad patrem, pes ad ſeruum, Dextra manus ad matrem, ad filiũ, amicum, fratrem. Siniſtra manus ad uxorem, & matrem, & amicam, & filiam, ac ſororem. Pudendum ad parentes, uxorem, & liberos. Sura ad uxorem & amicã. Reliqua uero ſingula, ut ne longius ſermo producatur, eodem modo ſunt conſideranda. Ex communibus autem & alienis ſomnijs, quæcunq; per nos, & ad nos ſolos fiunt, nobis ipſis propria putentur. Quæ uero non ad nos, aut per nos fiunt, ea omnia alijs euenient. Verum ſi fuerint amici, & ea quæ ſignificantur fuerint bona, illis contingent, nobisq́ ex parte gaudium & uoluptas. Si uero mala fuerint, hæc quidem itidem illis euenient, nobis uero triſtitia, & nõ omnino propter illorum mala, ſed iam quędam propria triſtitia nos uexabit. Quod ſi contra hoſtes fuerint,

etiam

etiam his contraria coniectare oportet. At uero de publicis ſomnijs itemq́ mundanis ſic ſentio. De his ſanè de quibus aliquis non fuit curioſus, nemini ſomnium occurret, quandoquidem neq́ de proprijs quorum quis curam non habuit, ullus aliquis ſomnium uidit. Cæterum præter uirium facultatem paruũ aliquem ſuſcipere magnarum rerum ſpeculationem impoſſibile eſt. Ratione enim conuinci poteſt, & hæc ſomnia priuata eſſe & uidentibus euenire. Niſi ſi ſanè rex, aut princeps, aut magnatum aliquis uiderit, his enim & communium cura incumbit, et ſpeculationem de ipſis ſuſcipere poſſunt, non ut idiotæ & priuati homines, quibus pauca concredita ſunt, uerũ ut domini, & qui pro quorundam rerum ſucceſſu proſpero curam gerunt, quod ipſum etiam poeta de ipſis teſtatur, ubi ſenibus in concione de ſomnio Agamemnonis diſceptãtibus ſic ait:

Si quis enim ex uulgo uidiſſet ſomnium Achiuus, Mendax argueremus & auerſaremur id omnes,
Nunc uidit princeps qui cunctos uicerit unus.

Vult

Vult enim dicere, Si quidē ex priuatis ali-quis Achiuorum ſomnium dixiſſet, non quidem ipſum narrantem mentiri putare-mus, ſed ſomnium ipſum falſum eſſe du-ceremus, & nobis non euenturum, & propterea auerteremus Achiuos omnes, ut ne huic animum aduerterent. Nunc ue-ro impoſſibile eſt, ut nō eueniat nobis, quā doquidem id ipſum rex uidit. Alij porrò aiunt, quod iam quidam priuati & paupe-res publica ſomnia uiderint, quibus annū-ciatis aut ſcriptis & propoſitis fides habi-ta ſit, propterea quod euentus ipſis ſom-nijs reſponderint, atque illi interim non ui-dent, ac ne cogitant quidē de decoro. Ne-que enim unquam euenit ſomnium in cō-mune, quod ab uno priuato uiſum eſt, ſed quod à multis, & ſimul, quorum alij publi ce & ex officio annunciant, alij ſinguli pri-uatim, & fit hoc modo is qui uidit non pri uatus, ſed & duce exercitus & principe ni hilo minor. Attamen ubi bonum aliquod affuturū eſt cōmune multis, infinita quis ſomnia recenſeri audire poteſt, quæ ſane futurum ſignificant, alia alia & diuerſa ui-ſione. Atque hoc modo etiam in contrarijs

contingere

contingere poteſt. Si uero non multi, ſed unus aliquis uideat, nõ æquũ fuerit unum ſolum ſpondere ac compromittere euen/tum, ſi nõ fuerit dux exercitus aliquis, aut alias principatum aliquem obtinuerit, aut fuerit ſacerdos, aut ciuitatis uates. Atque hæc etiam Nicoſtrato Epheſio placent, & Panyaſi Halicarnaſſæo, uiris celeberrimis & omnino eximijs.

De ſomniorum ſpeciebus. Cap. III

QVi circa ſomnia interpretandi artẽ præcipui habentur hoc amplius tra dũt, quod iudicare oportet pro pro/ſperis, quæ conueniunt naturæ, legi, con/ſuetudini, arti, nominibus, & tempori, nõ præmeditâtes quod ea quæ naturæ cõue/nienter uidẽtur, grauiora ſunt uidentibus, quàm ea quæ non uidentur naturæ con/gruenter, niſi commodent propter ſubie/ctas rebus ſubſtantias. Contingunt enim uelut egenis prodigalitas, & his qui arca/na faciunt, puri & clari dies, & noctu con/ſpicuus ſtellarum chorus, ſoliſq; ac lunæ exortus, & conſimilia. Quin ea quæ iuxta conſuetudinem fiunt, non omnino conue

c niunt

niunt temporũ mixturis appropriata. At-que his ſimilia ſunt quæ de alijs ſentio. O-portet autem & æquabilitatis atque ſym-metriæ coniecturam facere.

De ſex elementis. Cap. IIII

Q Vum ſint ſanè ſex prædicta elementa non omnino uniuerſalia, multo riſu excepti ſunt quidam ab homi-nibus, Nam alij hæc ſex, octo & decẽ, alij centum, alij ducenta & quinquaginta fece runt, & merito ſanè ridentur, quando tot recenſentes, uitare non poſſunt, quin ea ipſa ex ſex prędictis exiſtãt, aut ad aliquod ipſorum referantur. Hæc quidem igitur ad complementum eorũ quæ à ueteribus de-fectuoſe dicta ſunt, abũde dicta ſunt. Duos porrò modos uniuerſales ſimul ſuſcipere oportet, alterum generalem, primum, alte rum ſpecialem, ſecundũ, & priorem qui-dem in hunc modum.

De modo generali. Cap. V

S Omniorũ alia multa per multa præ dicãt, alia pauca per pauca, alia mul-ta p̱ pauca, alia pauca p̱ multa. Mul-

ta

ta itaq; per multa ſic. Viſus eſt ſibi quiſpiã uolare, ac deferri ex animi ſui ſententia ad propoſitum ſcopum, ad quem peruenire deſtinarat. Deinde ubi iſthic eſſet, pennas habere ſe exiſtimauit, & unà cum auibus commigrare, & poſtea rurſus ad domum ſuam reductus eſſe. Huic ipſi euenit ut à domo diſcederet, ob uolatum nimirum & propoſitum, & ut ea quæ magno ſtudio deſtinarat, perficeret, propterea quod à propoſito ſcopo non aberraſſet, & ſanè quum abunde ditatus eſſet, quandoquidem diuites pennas habere dicimus, & in peregrina regione uerſatus, propterea quod aues non eiuſdem generis eſſent, ita domum ſuam rediuit. Pauca uero per pauca ſic. Viſus eſt quiſpiam ſibi, aureos oculos habere, is excœcatus eſt, propterea quod aurum oculis minime proprium exiſtat. Multum autem per pauca, uelut uerbi gratia, Exiſtimauit quis ſe proprium ſuum nomen perdidiſſe. Huic euenit ut tum filium perderet, non quod ſic rem precioſiſſimam ſolum perderet, ſed quod etiam eodem nomine filius uocaretur, tum uero etiam omnem poſſeſſionem.

Quũ enim litibus ei intentis in ius uoca-
tus eſſet, reus peractus & damnatus eſt, po
ſtulatus ob publica delicta, ignominiaq́
affectus, & fugitiuus factus, ſeipſum ſu-
ſpendens uitã finiuit, ut neq; mortuus no-
men haberet. Hos enim ſolos in mortuo-
rum cœnis cognati & affines non nomi-
nant. Ex quo omnibus conſpicuum fit,
quod omnia hæc ab eodem ſomnio euene
runt, propterea quod eandem rationem
obtinerent. Pauca poſtremum ex multis
ſic, Exiſtimauit quis Charonem teſſeris lu
dere cum uiro quodam, & ſe uiri partibus
fauere, atq; ea gratia Charonẽ ſuperatum
iraſci & perſequi ipſum, ſe uero auerſum
fugere, peruenireq́; in hoſpitium, à came-
lo denominatum, & ingreſſum in ædes fo
res occludere. Dæmonem quidem igitur
abire, alterum uero ſuum fœmur herbam
producere. Horũ omnium unus quiſpiam
eſt indicatus euentus. Collapſa enim do-
mo in qua habitabat, & colliſis in ipſum li
gnis attriuit fœmur, ac confregit. Etenim
Charon teſſeris ludens, rationem mortis
prænunciauit: quum uero non prehen-
deret, non moriturum quidem ſignifica-

bat

bat, pede autem periclitaturum, propter perſequutionem. Et hoſpitium camelus appellatum, fœmur ipſum fracturum eſſe portendit, quandoquidem etiam animal camelus appellatum media fœmora curuat, utpote iuxta crurum altitudinem conciſum ac decurtatum, unde & etymon ac originatio eius appellationis græcis eſt κάμηλος quaſi κάμμηρος, hoc eſt, curuans fœmora, quemadmodum ait Euenus in amatorijs ad Eunomum. At uero herba enaſcens, non amplius ualidum & actuoſum fœmur habiturum indicauit, ut quæ ex terra immota enaſci ſolet. Atq; horum ſi quis diligens extiterit æſtimator, enumerationem in omnibus ſic habentē reperiet.

De modo ſpeciali. Cap. VI

Omnium ſpeciale itidem quadrifariam diuiditur, ſuntq; alia & intus & extra bona, alia utrinque mala, alia intus bona, extra mala, alia intus mala, extra bona. Accipienda ſunt autem ſomnia, intus quidem iuxta uiſionem, extra uero iuxta euentum, uelut uerbi cauſa, utrinque bona ſunt talia. Deos olympios

uidere hilaros , ridentes , dantes aliquid
boni aut dicentes , ipſosq; aut ſtatuas ip-
ſorum ex materia imputreſcibili factos.
Similiter parentes , amicos , famulos do-
mum augentes , & precioſiorem poſſeſ-
ſionem , & corporis iucundum adſpe-
ctum , roburq; ac ſimilia . Horum enim
quum iucundiſſima ſit uiſio , multo ma-
gis iucundus ipſorum fit euentus . Con-
tra utrinque mala ſunt huiuſmodi , puta-
re de loco prærupto cadere , aut in præ-
dones incidere , aut cyclopem uidere , aut
antrum ipſius reſolutum eſſe , aut ægrota-
re , aut perdere quid eorum quorum ma-
gno ſtudio tenemur . Qualiter enim affe-
cta eſt anima circa uiſionem ipſorum , ta-
les etiam euentus contingere ſolent . At
uero intus bona , extra mala huiuſmodi
ſunt . Viſus eſt ſibi quiſpiam cum Satur-
no cœnare , & poſtridie in carcerem con-
iectus eſt . Cœnæ etenim cum deo , ueriſi-
mile eſt iucundam eſſe uiſionem , uincu-
lorum autem & carceris non ita . Amplius
exiſtimauit quis ſe à ſole panes duos ac-
cipere , & tot ſanè dies ſuperuixit . In tan-
tum enim præfinitum tempus , uictus ipſi
à deo

à deo datus ſufficiebat. Inſuper & aureum eſſe ſibi uideri, & theſauros reperire, & à mortuo accipere ungentum, aut roſam, aut ſimilium quiddam, ad eandem partem referendum eſt. Porrò intus mala, extra bona talia habentur, uelut fulmine feriri ſibi uideri, pauperem, & ſeruum, aut eum qui inſtituit nauigationem, aut qui ſingulari certamine congreſſurus duellumq; commiſſurus eſt, bonum eſt. Ex his enim primus diuitias, alter libertatem aſſequetur, tertius uentum ſecundum habebit. Quarto autem nuptiæ portendun tur. Suntq; talium ſomniorũ uiſiones quidem ipſæ malæ, euentus uero boni.

De curioſis & diuinis ſomnijs Cap. VII

M Editari oportet quod ea quæ curioſis de re aliqua, & qui ſomnium à dijs petiuerunt, apparent curis diſſimilia, ea ipſa ſignificant aliquid eorum quæ propoſita habent, quandoquidem ea quæ cogitationibus ſimilia apparent nihil ſignificant, & inſomniorum generis exiſtunt, uelut ſuperiori

 ſermone

ſermone eſt oſtenſum. appellantur autem à quibuſdã talia curioſa & petitoria. Quæ uero de nulla re curioſis inſtant, & futura bona ſiue mala prænunciant diuina appello, quemadmodum etiam Ariſtoteles dubitabat, utrũ extra nos ſit ſomniandi cauſſa à deo immiſſa, an cauſſa quædam intra nos ſit, quæ animam afficit, & facit ex natura accidens ipſi. Cæterum diuina, ut nunc conſuetudo obtinet, omnia inexpectata appellant.

De temporibus, & qualia ſint iudicanda. Cap. VIII

1 IN omnibus ſomnijs quę manifeſtã cauſſam non habent, animaduertere oportet, ſiue noctu ſiue interdiu uiſa ſint, ita ut ne putemus differre ad prænotionem noctem à die, aut crepuſculum ueſpertinum à crepuſculo matutino, ſi modo moderato cibo accepto quis ſomnum petierit. Immoderati enim cibi neq; ad ipſam auroram uerum cernere permittunt.

De mo-

De moribus. Cap. IX

Q Vandoquidem cõmunes mores à proprijs longe diſtant, ſi quis hoc ipſum nõ didicerit, ab ipſis decipie- tur. Communes itaq; mores ſunt hi. Deos colere & uenerari, nulla enim gẽs ſine dijs eſt, ſicut neque ſine regibus & magiſtratu. Verũ alij alios colunt deos, in idem tamen omnes relationem habẽt: liberos nutrire, uinci à mulieribus & ipſarum conſuetudi ne, uigilare interdiu, dormire noctu, cibis uti, quieſcere à labore, degere in umbra, & non ſub dio. Hi itaq; communes ſunt mo- res. Proprios autem etiam gentiles uoca- mus. Apud Thracas generoſi pueri fla- gris cęſi ſignantur, apud Getas uero ſerui. quorum hi ad ſeptentrionem, illi ad meri- diem habitãt. Moſſynes in pontica regio- ne publice coeunt, & mulieribus ꝑmiſcen tur, quemadmodũ canes, quod inhoneſtũ ac ignominioſum eſt apud alios homines facere. Piſces edunt omnes, exceptis ſyris quibuſdam qui Aſtarten colũt. Animalia & uolucrium omne genus, uelut deorum ſimulachra, Aegyptij ſoli colunt ac uene- rantur, nõ tamen omnes. Didici autem &

 in Ita-

in Italia legitimũ quiddam antiquũ. Vultures nõ occidunt, & eos qui ipſis inſidias ſtruunt impios cẽſent. In Ionia epheſij uoluntarie cõtra tauros certamen ineunt, & in Attica circa ſpectacula in Eleuſine, adoleſcentes Athenienſes ſingulis uertẽtibus annis, & in Lariſſa ciuitate Theſſaliæ qui ex inhabitatoribus generoſiſs. cenſentur. quam rem in reliquo terrarũ orbe ad mortem damnati obire ſolent. Eodem aũt modo etiã de alijs oĩbus moribus diſtinguere oportet, ſi quid apud quoſdã ſolos obſeruatur. Vernaculi enim mores, bonorum ſunt ſigna, peregrini autem malorum præterquã ſi ex præſentibus aliquid euentum aliorſum uertat.

Quæ à ſomniorum interprete ſint expendenda. Cap. X

VTile fuerit, & non ſolum utile, ſed etiam neceſſarium, tum ei qui uidit ſomniũ, tum interpreti, ut ſciat ipſe ſomnij interpres, quis ſit qui ſomnium uidit, & quid rerum agat, & quomodo natus ſit, & quam habeat poſſeſſionẽ, & quo modo circa corpus habeat, & qua ætate ſit. Sed & ipſum ſomniũ exacte expenden

dum

dum eſt, uelut eſt, nam parua additiõe aut ablatione euentus alteratur, quod ſequenti ſermone oſtendet. Quod ſi quis his non inhęſerit & deceptus fuerit aberraueritq́;, is ſeipſum magis q̃ nos reprehendat.

Propoſitio eorum quæ in his libris traduntur. Cap. XI

Onſequenter ſubdemus quomodo ſomnia iudicare oportet, habebit autem tractatio ipſa huiuſcemodi ordinem. Nos non uelut ueteres à dijs initium faciemus, etiam ſi impium id alicui uideatur. Verum reſpectu ad conſequentiæ neceſſitatem habito, ordiemur primum à natiuitate, deinde educatione, conſequenter de corpore agemus, eiusq́; partibus, tum quæ acceſſerũt, tũ quæ corruptæ ſunt, & auctæ in formã aliã, ſiue materiã. Deinde de doctrina artiũ omigenarũ, operũq́; ac ſtudiorũ. Deinde de pubertate, de gymnaſijs iuxta ſpeciẽ, de certaminibꝰ. de balneis ac lauacris omnigenis, de alimẽto omni arido ac liquido. De ungentis & coronis. De coitu uenereo. De ſomno. Atq; hęc quidẽ primus liber continet. Secũdus aũt De uigilia, ſalutationib, mundo omni uirili

uirili ac muliebri, de aere & his quæ circa aerem ſunt, de uenatione, de piſcatu, de na uigatiõe, de agricultura, de iudicio, de ma giſtratu publico, de militia, de cultu deo-rum, & de ipſis dijs. de morte. & ſi quid a-liud eſt in progreſſu ſermonis commemo rabitur.

Quomodo interpretationes ſint ag-grediendæ. Cap. XII

OPortet ſomnia iudicare, quãdoq; à principio ad finem reſpectũ haben te interprete, ubi uidelicet diſſolutę fuerint inter ſe ſpeculationes. quandoque etiam à fine ad principiũ. Aliquãdo enim principium finem monſtrat incõſpicuum exiſtentem, & imperceptibilem. Aliquan do uero finis principiũ declarat. Oportet autem & aridis ſomnijs, & quæ uelut an-ſas quibus prehendantur non habent, ex ſe ipſo aliquid artificioſe affingere, præſer tim infinitis, in quibus literæ quædam ui-dentur ſententiam perfectam non haben-tes. ita ut aliquãdo nomen tranſponamus, aliquando alteremus, aliquando uero lite ras aut ſyllabas apponamus. Interdũ etiã quædam eundem calculum habentia, eun

demq;

demq; numerum referentia excogitemus, per quæ manifeſtior ſermo reddi queat.

Qualem eſſe oporteat ſomniorum interpretem. Cap. XIII

Q Vare cenſeo domi inſtructum eſſe oportere interpretem, et domeſtica prudentia uti, & non ſolũ libris pręſtare utcunq; diligenter uerſatis, quando/quidem quiſquis artem citra naturã perfectam fore putat, imperfectus eſt & incompletus. Tanto enim plus quiſque efficiet, quanto ampliorem habitũ fuerit adeptus. Etenim ab initio errare, errorem amplius extendit. Inſuper uero & ea ſomnia, quo/rum memoria non ex integro retinetur, iudicari non poſſe putandũ eſt, ſiue quis medij ſiue finis ſit oblitus. Ad ſanam nanque rationem expendere oportet totum quod euenire uidetur, id uero ſolum apprehen/di poteſt, quod integrum nobis memoria ſuggerit. Quemadmodũ igitur ſacerdotes uictimarij ambigua ſigna non negant eſſe uera, ſed ex uictimis ſe deprehendere poſ/ſe negant. Sic ſomniorum interpretem de his quæ exacte deprehendere non poteſt, pronunciare non oportet, neq; ex tempo/

re &

re & incõſiderate reſpondere. Nam et ipſi dedecus, & ei qui ſomnium uidit damnũ, inde cõſequetur. Amplius autem & quæcunqꝫ ſomnia malum quippiã ſignificant, ſi anima uidentis per ſomniũ non iniucunde fuerit affecta, minora mala euenient, & ferè euẽtus nõ ſuccedet. Rurſus uero quæcunque ſomnia bonum quid ſignificant, ſi non animæ affectio fuerit iucunda, bona imperfecta contingent, aut inutilia, aut omnino minora. Quare ſingulatim interrogare oportet, num iniucundum aut iucundum ſomnij fuerit uiſum.

De natiuitate. Cap. XIIII

SI quis naſci ſibi uideatur è fœmina quacunque tandem, ſic ſomnium iudicare conuenit. Pauperi etenim eſt bonum, habebit enim unde aletur, & curatorem ſuum uelut infantes, niſi artifex manuarius fuerit. huic enim ocium prædicit, ocioſi enim ſunt infantes, & manus inuolutas habent. Manus autẽ actiones appellãtur. Diuiti aũt ſignificat, eum dominum domus ſuæ non obtenturũ eſſe, ſed quoſdam ipſi imperaturos præter ſuam uoluntatem. Infantes enim ab alijs reguntur. Viro au-

ro autem uxorē habenti non prægnātem, uxoris priuationem portendit. Neq; enim infantes uxores ducunt, neq; ipſis commiſcentur. Ei uero qui prægnantē habet uxorem, ſignificat filium natum iri, ipſi per omnia ſimilem. Sic enim rurſus ipſe naſci ſibi uidetur. Seruo autē ſignificat amorem herilem, adeò ut etiā ſi quid delinquat, ueniam mereatur, ſed tamen ut nōdum manumittatur. Nā neq; infantes ſibiipſis imperant, etiamſi liberi exiſtant. Athletis uero malum hoc ſomniū cenſendum eſt. Neque enim ambulant infantes, neque currunt, neque in quenquam impetum facere poſſunt, quum neq; ipſi pedibus inniti queant. Ei uero q in peregrina regione eſt reditum ad domum ſignificat, quo uidelicet ad principiū ueniat, quemadmodum & quod regeneratͬ neceſſe habet ut in terram ueniat, hoc eſt in patriam, communis em̄ omnibus ex æquo patria eſt terra. Aegrotanti porrò mortem prænunciat hoc ſomnium, quandoquidem & mortui laceris inuoluuntͬ pāniculis ac linteolis, quemadmodum etiam infantes, & humi deponuntur.

De ute-

De uteri geſtatione. Cap. XV

QVod ſi quis ſeipſum pręgnantẽ exiſtimet eſſe, ſi quidem pauper fuerit, multa poſſidebit, pecuniasq; colliget ac coaceruabit magnæ molis. Si uero diues, in tormẽtis ac curis erit. Et qui uxorem habuerit, ipſa priuabitur, nõ amplius neceſſe habens ut ipſa prægnans uterũ geſtet. Qui uero nõ habuerit, ualde benignã ducet, ut ſibi uideatur eadem quæ uxor pati. Reliquis morbum portendit. Vterũ autem ferre inſuperq; parere, peius eſt, & ægrotãtem cito moriturũ denunciat. Nam omne corpus pariens, ſpiritum emittit. & quemadmodũ infans à continente ipſum corpore liberatur & abſcedit, ita etiam anima. Pauperi autem & obærato, & ſeruo, omniq; qui in calamitate aliqua uerſatur, præſentiũ malorum depoſitionem ſignificat, cauſſa uero ipſa eſt manifeſta. Arcana inſuper reuelat hoc ſomnium, quando hactenus occultus infans in conſpicuũ prodijt. Diuites uero & fœneratores, & negociatores, & omnes qui autoritate ac potentia præcellunt, lædit. Quæ enim antea habebant, deponent. Mercatoribus autẽ &

nauium

nauium gubernatorib.ac dominis bonum eſt. Multis uero euenit ut etiam cognatos per hoc ſomnium amitterent, propterea quod à ſanguine infans eſt reiectus.

De filijs ac pueris Cap. XVI

P Veros ſibi uideri habere, aut infantes omnino uidere, ſi quidē proprij liberi fuerint, & uiro & mulieri malum. curas eñ ac triſtitias ſignificat, ac ſollicitudines rerum quarundam neceſſariarum gratia, quandoquidem infantes citra hæc educari nō poſſunt. Quin & uetus ſermo hoc ipſum commonſtrat, qui hoc modo habet.

Triſticia ex nato eſt tēpus in om̄e patri. At uero maſculi in bonū finem deſinunt, fœmellę finem principio deteriorem inducunt, & damnum denunciāt. Nam maſculi educati nihil à parentibus accipiunt. fœmellæ uero dote data elocantur. Noui aūt quendam qui exiſtimauit filiolam ſibi natam eſſe, & mutuo accepit pecuniā ad uſuram. Et rurſus, noui alium qui uiſus eſt ſibi filiam ſuam uita defunctam defodere. cōtigitq; ei ut mutuum ac debitum reddere cogeretur. Sic igitur eādem cum mutuo

d ratio-

rationem filia habet. Cæterũ alienos pueros uidere, bonum eſt, ubi fuerint formoſi & gratioſi, & gratiæ ipſis affluãt. bona em̃ tempora inſtare indicant, ex quibus ſpes eſt adhuc amplius peragere quiddã ac perficere iucundum. Nam & pueri in pręſens ab operis ocioſi, poſtquã educati fuerint, agere ac operari quid poterint.

De pueris faſcijs inuolutis, & de lacte. Cap. XVII

SI quis puerorum modo in faſcijs ſibi eſſe uideatur, et lac accipere à muliercula ſibi nota, longum morbum portendit, niſi uxorem habeat prægnantẽ. Tunc enim naſcetur ipſi ſimilis filius, qui eo modo educabit̃. Si uero mulier hoc ſomnium uiderit, filiam natum iri ipſi prædicit. Quod ſi quis in uinculis detentus ſomnium uiderit, dæmonium ipſi etiam alia ſuper accumulat, ad hoc ut nõ liber euadat. Nec præter rationẽ eſt idẽ fieri circa morbum. Debiles enim ſunt pueri ex lacte uiuentes, & ſanè perfecti etiam, quum ægrotantes cibo uti non poſſunt, lacte nutriuntur. At uero uideri ſibi aliquem in proprijs mamillis lac habere, iuuenculæ quidẽ fœminæ

minæ cõceptum ſpondet,& fructum per-
fectum,itemq́ꝫ partum. Aniculæ uero pau
peri exiſtenti,opulentiam. diuiti aũt ſum-
ptus. Virgini uero maturæ nuptias prædi
cit. Neqꝫ enim citra uenereum coitum lac
unquam habere poterit. Si uero ualde par
ua ſit uirguncula & procul à nuptiarũ tem
pore abſit,mortem præſagit. Omnia enim
præter ætatem cõtingentia mala ſunt, pau
cis exceptis. Viro autem pauperi et uictus
indigo, opulentiam & pecuniarũ, & poſ-
ſeſſionum prædicit, ut etiã alios alere poſ-
ſit. Et inſuper qui ſine uxore eſt,nuptias,et
ei qui liberis caret, liberos prædicere hoc
ſomniũ, ſępe obſeruaui. Alter enim adeò
beneuolam habuit uxorem,ut eadem quę
illa pati ſibi uideretur. Alter uero liberos
educauit. Athletæ autẽ,& operario, & ſin
gulari pugna cõgreſſuro, omniq́ꝫ corpora
exercenti,morbum denunciat. Nam effœ
minata corpora lac habẽt. Quin & huiuſ-
modi euentus à me obſeruatus eſt. Quiſ-
piam & uxorem & filios habẽs, in hoc ſo-
mnio uxore priuatus eſt, & ſuos filios ipſe
educauit, æqualem uſum ipſis exhibẽs pa-
tris ſimul ac matris. Et hæc quidem de edu

catione. Nunc uero de corporis tũ quæ ac cedunt, tũ quæ decedunt, ſiue alterãtur in aliam formã aut materiã, partib⁹ ſermonẽ faciã. Leuiter aũt perſtrictos inhibebo eos q ſubtiliter ac minutim explanãtibus rem indignantur. Nos enim non ſolum cõtrahentibus hæc & diſſolute tractantibus indignamur, ſed communem quandam cladem eſſe iudicamus, nõ de ſingulis exacte & ad unguẽ tradere. Proinde à capite principaliſſima corporis parte initium explicandi faciam.

De capite. Cap. XVIII.

Magnum caput ſe putare habere, bonum eſt uiro opulento, qui nõdum magiſtratũ geſſit, & paupi & athletæ, & fœneratori, & nummulario, & ſymbolo cõuiuali colligendo pręfecto. Primo enim principatũ prædicit, in quo corona, aut faſcia, aut diademate opus habebit. Alteri autem opulentiam & magnarum diuitiarum poſſeſſionem, atq; ea gratia maius ipſi caput futurum. Nam & pecunias κεφάλαια greci hoc eſt capita appellãt, quẽadmodũ à Latinis ſummæ uocant. Athletis autem inde uictoriam ſignificari manifeſtum

feſtum eſt. tunc enim caput maius ipſis accedit. Nummulario autem & fœneratori & ſymbolo conuiuali colligendo præfecto, plurium pecuniarũ collectionem præſagit. At uero diuiti qui iam in principatu conſtitutus eſt, & rhetori, & tribuno plebis, aggrauationes & cõtumelias ex populo denunciat. Et ægrotanti capitis grauitatem, & militi labores, & ſeruo non citã manumiſſionem, & ei qui uitam quietam elegit, labores & contumelias portendit. Cæterum caput minus quàm pro natura contraria pro ratione uniuſcuiuſq; euẽtus pręſcripti capitis ſignificat.

De capillis. Cap. XIX

Capillos habere magnos & pulchros, & ob ipſos ſuperbire, bonũ eſt maxime mulieri. Etẽ pulchritudinis gratia quãdoq; etiam alienis capillis mulieres utũt. Bonũ eſt et uiro ſapiẽti, & ſacrifico, & uati, & regi, & principi, & Dionyſiacis artificibus. Ex his enim quibus mos eſt comã nutrire, bonũ eſt, quandoquidem profeſſio comam alere permittit. Bonum eſt et reliquis, uerũ minus, ipſis enim opulentiam ſolũm ſignificat, non iu

cũdã ſed laborioſã, ꝑpterea ꝙ multo labore opus ſit ad ꝑducẽdos magnos capillos.

De capillis inornatis. Cap. XX

A T uero magni quidẽ capilli, uerum inornati, ut non coma, ſed potius piloſitas & hiſpiditas quædam eſſe uideatur, oĩbus hominibus luctus & triſtitias annunciãt. Comere enim curare & ornare eſt. Neglectus aũt capillus in calamitatibus augetur. Ego aũt aliquando quendam celebrẽ uirum in principatu conſtitutum, & aliàs ſucceſſu rerum felicẽ, qui per ſomniũ ſibi uiſus erat in urbe præmitti ab ordine & acie, cui præfectus erat, ita ut capillos capitis habet arentes & incomptos, edocui & interpretatus ſum triſticiã ipſi ſignificare hoc ſomniũ. Non multis aũt progreſſis dieb. magiſtratu abdicatꝰ eſt, quod ipſi & dãnoſum ualde erat & luctuoſum.

De pilo ſuillo. Cap. XXI

S Villos pilos habere ſibi uideri, pericula inducit uiolenta, & omnino talia, qualibus animal expoſitũ eſt, ipſe uidelicet porcꝰ. At uero equinos habere pilos, ſeruitutes & erũnas ſignificat, & ſeruis legitimis et domi noſtrę natis uincula addit, ut plu-

ut plurimum enim ſæta equina ligamenti uſum præbet.

Habere lanas pro capillis. Cap. XXII

L Anas pro capillis habere, morbos longos & phthiſin ac tabem prædicit. ut ea gratia ſępe in capite lanas geſtans, uideatur ſibi ipſas agnatas habere. Si uero in aliam quandam materiã capilli tranſmutentur, à ſimilibus cõiecturam facere oportet, hoc eſt à tranſmutatione. At uero circa faciem uideri ſibi omnem partem nudatã eſſe, in præſens ludibriũ & infelicem ſucceſſum præſagit. Si uero poſteriorem partẽ talem habere quis ſibi uiſus fuerit, in ſenecta paupertatem & infortunium nõ uulgare habebit. Poſterior enim pars econtrà futuri temporis ſignificatiua eſt. Nuditates autem pilorum nemini conferunt, aut propterea quod per defectũ caloris fiunt, aut quod apprehendẽdi anſam nemini præbent. Si uero dextrã partem capitis nudã quis habeat, omnes ſibi ſanguine iunctos maſculos perdet. Si aũt nullum habuerit, ipſe damnũ patietur. Si cõtra ſiniſtram, fœminas amittet, ſi ſanè aliquas habuerit, ſin minus, etiam ſic ipſe damnũ in-

curret. Cognatorũ enim ſignificationẽ ca/
put habet, atq; eius dextræ quidẽ partes,
maſculorũ, ſiniſtræ fœminarũ. Quam di/
ſtinctionem etiam per totũ corpus dextræ
ac ſiniſtræ partes habent. Vtram aũt capi
tis partem quis nudã habet, ut non probe
cognoſci queat, damnabit in opus publi/
cum adiudicatus. Hoc enim etiã iſthic inſi
gne eſt damnatis. Totum poſtremũ caput
habere nudũ, bonum eſt in iudiciũ poſtula
to, et timenti, & q à quibuſdã ui detinetur.
Hæc enim effugerit & uitare poterit quũ
incõprehenſibilis exiſtat. Alijs autẽ perdi-
tionem annunciat omnium ad uitæ orna/
tum pertinentium.

De eo quod quis uidetur ſibi capite radi. Cap. XXIII

Adi aũt ſibi uideri totum caput, ex/
R ceptis deorũ Aegyptiorũ ſacerdoti
bus, et riſus mouẽdi ſtudioſis, & his
qbus mos eſt radi, quib. bonũ eſt, oĩbus
alijs malũ eſt, eadem eñ quę nuditas ſigni
ficat, uerũ uehementiora et cita mala indu
cit. Nauigãtibus aũt palàm naufragiũ por
tẽdit, & ęgrotãtib. in extremũ piculũ colla
pſionẽ, ſed nõ mortẽ. Naufragi eñ aut ex
magno

magno morbo ſeruati hoīes radūtur, minime uero mortui. Verū prædictis bonum eſt ob conſuetudinē radendi. Tonderi aūt à tonſore, bonum ex æquo omnibus prædicit. Eſt enim tondendi uerbum græcis κείρεσθαι à uerbo καρῆναι ut ita dicam, quod permutatione elementi unius χαρῆναι eſt, & gaudij ac exceptionis ſignificationem habet, & ſanè nullus in caſu quopiam malo aut calamitate aliqua conſtitutus tondetur, ſed qui maxime decoris ſtudio tenentur, & qui triſtitia carent, ac minime indigi exiſtunt. At uero à tonſore, adiectum eſt, quādoquidem ſi quis ſeipſum tondeat, luctum ſubitaneum, aut calamitatē magnis malis refertam ſignificat. Qui enim in talibus uerſantur neceſſario ſeipſos circūtondent. Cæterum unguibus conſcalpi debitori quidem redhibitionem uſuræ ſignificat, uerum reliquis damnum ab his à quibus conſcalpti ſunt, ſiquidem uiderint ſe ipſos ab alijs quibuſdam conſcalpi. Nam conſcalpi unguibus dicimus, eum qui damnum paſſus, & ab aliquo deceptus eſt. Porrò de pectinatione, & implicatione capitis capillorum, & de ſpeculi contuitu, &

aliјs ad hæc conſequentibus in ſecundo li-
bro mentionē facimus, ubi de omni mun-
do uirili ac muliebri ago.

De fronte Cap. XXIIII

FRons ſana & carnoſa omnibus bo-
na eſt, & dicendi libertatem & for-
titudinē ſignificat. Verum æream,
aut ferream, aut lapideā frontem habere ſi
bi uideri, publicanis, et cauponibus, & qui
uitā cum impudentia tranſigunt ſolis con
fert, reliquis uero odium parit.

De auribus Cap. XXV

AVres habere plures, bonum eſt uo-
lenti acquirere aliquē ſibi obedien-
tem futurum, uelut uxorē, liberos,
famulum. Diuiti uero magnum nomen ſi-
gnificat, bonū quidem, ſi formoſæ fuerint
aures, malum uero, ſi deformes & incon-
cinnæ. Malum autem ſomnium eſt ſeruo,
& cauſſam in iudicio habenti, ſiue ipſe aliū
actione conueniat, ſiue ab alio in iudicium
uocetur. Illi enim obedientiā multi tempo
ris ſignificat. Huic uero ſiquidē ipſe actio-
nem inſtituat, etiam uiciſſim actione con-
uentū iri. Si uero in ius uocetur, plura cri-
mina quàm quæ manifeſta ſunt obijci ſibi
audiet

audiet, ut quodã modo pluribus auribus opus habeat. Bonum porrò eſt manuario artifici, multos enim audiet qui eius operã requirũt. At uero perdere aures etiã quas iam habes, cõtraria ſingulorũ prædictorũ ſignificat. Aures purgare à ſordibus aut ſanie, alicũde nũciũ bonũ nos audituros eſſe ſignificat. Verberibus aũt impeti aures, alicunde mali nuncij auditionem prædicit.

De formicis Cap. XXVI

FOrmicas in aures ingredi putare, ſolis Sophiſtis bonũ eſt. Similes enim ſunt formicæ adoleſcentibus ſophiſtas audiendi gratia adeuntibus. Reliquis mortẽ denunciat hoc ſomniũ. Terrę enim ſunt filiæ, & in terrã ſubeũt, Igitur uelut in ſubterraneũ locũ, hoc eſt demortuũ ingrediuntur. Noui aũt quendã qui exiſtimauit ſibi ex auribus ſuis tritici ſpicas excreuiſſe, & ipſum triticũ dilabẽs manibus excipiẽs colligebat: is abſentis fratris hæredẽ ſe appellari audiuit, ob ſpicas quidẽ hæres, fratris autẽ quod aures etiã inter ſe fratres exiſtãt. Videri ſibi aures aſini habere, philoſophis ſolis bonũ eſt. Nã nõ cito mouet aures aſinus. Alijs ſeruitutẽ & erũnas ſignificat.

Aures

Aures leonis aut lupi aut pardalis habere, aut alicuius alterius feri animalis, inſidias ex calumnia habere ſignificat, & ea quę au ditus ſunt per uiſum excepturum eſſe. De reliquis porrò animalibus conſequenter proprio loco diſtinguam & edocebo. Cæterum in auribus oculos habere ſibi uideri, cœcum futurũ eſſe ſignificat, & ea quæ uiſus ſunt per auditum ſuſcepturũ eſſe.

De ſupercilijs. Cap. XXVII

S Vpercilia dẽſa & florida, omnibus bona ſunt, maxime mulieribus: hæ enim formæ gratia etiam atramento illinunt ſupercilia: Talibus itaq; uoluptates & felicitatem portendũt. Nuda aũt non ſolum rerum improſperũ ſucceſſum, ſed & futurum luctum prædicunt. Vetus enim mos eſt in luctu ſupercilia nudari.

De oculis. Cap. XXVIII

O Culorum aciem acutam habere, bonum ex æquo omnibus eſt, cæcutire uero inopiã argenti indicat, quandoquidem etiam oculi calculos habent. Actionem aũt impeditam, quoniam cæcutientes minus ea quæ ante pedes ſunt uident. Ei uero qui filios habet, ſignificat filios

lios ægrotaturos eſſe. Similes enim oculi ſunt liberis. Nam & amabiles ſunt, & corporis præuij ac duces, quemadmodũ pueri parentum in ſenecta. At uero putare utriſq; oculis excœcatũ eſſe, pueris eius qui ſomnium uidit perniciem ſignificat, & fratribus, & parentibus. Pueris quidem ob prædictam rationem. Fratribus uero propterea quod etiam oculi inter ſe fratres exiſtunt. Parentibus autem, propterea quod oculi cauſa ſunt ut lucem uideamus, uelut etiam ipſi parẽtes. Quare etiam oculorum perditio, ſimilium perditionem ſignificat. Cæterum ei qui uinculis tenetur, bonum eſt ſi excœcari ſibi uideatur, item ei qui ui ab aliquibus detinetur, ſimiliter uehementer egeno. Primi enim duo non uidebunt circa ſe mala. Tertius autem habebit qui ei miniſtrẽt ac ſubſidium ferant. Nam cœcum non pauci accedunt, ut ipſi obſequiũ præſtent, & ipſe à laboribus quietus degit. Verum ſomnium hoc prohibet peregrinari, & eum qui peregre profectus eſt ad ſuas ædes non rediturum eſſe prædicit, neq; enim exteros, neq; domũ ſuam, abſq; oculis uidere poteſt. Graue eſt & militi ſomnium

mnium hoc, non enim procedet ei res, & omni in aula regia uiuenti. Athletæ uero qui grauia certamina obeunt, in conflictu inferiores futuros eſſe denunciat, curſoribus uero uictoriã præſagit. Noui ego quendam ſtadij curſorem, qui decertaturus in Italia ludis Euſebijs ab Antonino in honorem patris Adriani actis, uiſus eſt ſibi cœcus factus eſſe, & uictor euaſit. Aeque enim ut cœcus, is qui in curſu reliquos pręit, certantes uidere nequit. Graue eſt ſomniũ etiam gubernatoribus nauium, & qui cœleſtium rerum contemplatione tenẽtur, & uatibus, quod ſæpe à nobis eſt obſeruatũ. Et ſi quis rem aliquam perditam quęrens, hoc ſomniũ uiderit, illam ipſam nunquam amplius uidebit, neq; fugitiuũ perſequens præhendet. Poetis aũt optimum ſomnium eſt, Multa enim quiete opus habent ubi poemata facere uolũt. In hac aũt quiete uel maxime fuerint, qui propterea quod oculos nõ habeant, non diſtrahantur, neq; per figurarũ, neq; per colorũ obiectũ. Inualuit aũt & ſermo quidã, quod & poeta Homerus fuerit cœcus. Aegrotãtibus porrò ſemper mortẽ hoc ſomniũ portendit, propter

lucis

lucis priuationem. Noui aũt aliquem qui uiſus eſt ſibi dicere quendam fide dignum, (Qui uero fide digni ſint, in ſecundo libro commemorabo) pater tuus non eſt mortuus, ſed dormit, huius pater cœcus iam factus erat, & non longe poſt ipſi de hac re nuncius ueniebat. Si quis autẽ altero oculo cœcus eſſe ſibi uidebit̃, ex parte ea quæ ſignificantur ipſi euenient, & ut ita dicam ex dimidio. Quin & hoc conſiderare oportet, quod dexter oculus ſignificat filiũ, & fratrem, & patrem. Siniſter uero filiam, & ſororem, & matrem. Quod ſi cui duo ſint filij, aut filiæ duæ, aut duo fratres aut ſorores, dexter oculus ſeniorem filium, aut fratrem, aut patrem, aut filiam ſeniorem ſignificat. Siniſter uero filiam iuniorem, aut fratrem, aut filium itidem iuniores. Cæterum tres aut quatuor oculos habere, ei qui uxorem ducere propoſuit, itemq́ ei qui liberis caret, bonũ eſt. Illi eñ uxor cõtinget, huic liberi, atq; ſic circa unũ corpus plures erũt oculi. Bonũ eſt & fœneratori, plures enim calculos habebit, debitori aũt & obærato malum ſimiliter ob calculos exiſtit. Diuiti aũt prę́ſagit, ut & ſe, & poſſeſſiones ſuas in

multa

multa cuſtodia ac cura habeat, quarundã inſidiarũ gratia. Ait enim ſomniũ, ipſi pluribus oculis opus eſſe. Si quis uero peregre proficiſci uelit, errorem ipſi inducit, & nauiganti recurſum, propterea quod oculi lucem ac ſplendorẽ circumtrahant. Notus autem eſt mihi quidam qui uiſus eſt ſibi, tres oculos habere, & cœcus factus eſt, non ob fabulam cyclopis, ſed propter tertium oculum, qui alterius luminis indigentiam ſignificabat, quia proprium non ſufficiebat. Viro inſuper malefico, & mulieri formoſæ, multi oculi malum ſignificant. Illum enim plures oculi obſeruabunt, circa hanc uero plures adulteri cõſpicui fient & deprehendentur. Inſuper autem ſi quis oculos in aliquo alio loco habere ſibi uideatur, ſi in manibus aut pedibus, cœcus erit. Si in alia aliqua corporis ipſius parte, illa ipſa pars ægrotabit aut uapulabit, quo manibus & pedibus ipſam ueluti quæ uideat, leuiter cõtrectet, aut ut, uelut illa pars oculum unum habeat, nullã omnino materiam medicã adhibere poſſit. Noui autem quendam qui elapſos ſibi oculos ad pedes procidiſſe putauit, & cœcus quidem non

eſt factus, uerum filias ſuas famulis eloca-
uit, atq; ſic inferiora melioribus permixta
ſunt. Oculos autem habere alienos, cœci-
tatis præſagium eſt, & manuductionis alie
næ. Si uero quis nouit eũ cuius oculos ha-
bere ſibi uiſus eſt, filiũ illius, aut aliam quã-
dam magnam beneficentiam traditam ſi-
bi ab illo accipiet. Narrauit porrò mihi
quidam, quod cuidam qui uiderat in ſom-
nis, oculos circa ſingulos digitos manus
ſuæ ſe habere, prædixerit cœcitatem, &
ſanè ſic euenit. Propterea quod oculis or-
bati manus ſtudioſe præferre, easq; ſubſe-
qui ſolent.

De naſo. Cap. XXIX

NAſum habere pulchrũ & magnum
& formoſum, omnibus bonum eſt.
Multam enim ſenſus ſubtilitatem,
& in rebus agẽdis prouidentiã ſignificat,
& cum præſtantioribus conſpirationem.
Per naſum enim homines aerẽ meliorẽ ad
trahẽtes reuera iuuãtur. Verũ naſum non
habere, omnibus ſenſus ſtupiditatẽ præſa-
git, & aduerſus præminẽtes inimicitiã, &
ægrotãti mortẽ. Nã & caluæ mortuorum
abſq; naſo reperiũtur. Duos habere naſos,

 diſſidium

diſſidiũ aduerſus præminẽtes domeſticos ſignificat, diſſidiũ quidẽ, quia dupla pręter naturam ſeditionẽ ſignificãt, aduerſus domeſticos aũt, quia naſus nõ eſt res aliena.

De genis Cap. XXX

GEnas habere craſſas, omnibus bonum eſt, maxime mulieribus. Verũ graciles aut ulceratas, triſtitiã aut luctum ſignificat, graciles quidẽ triſtitiam, ulceratas uero luctũ. Nam in luctibus homines genas dilaniare ſolent.

De maxillis & labijs Cap. XXXI

MAxillæ ad apothecas & cellas repoſitorias referendæ ſunt, & labia ad frequenter oſculantes & nos accedẽtes. Sunt aũt hi, uxor, filij, cognati. Proinde utrum tandẽ horũ affectũ eſſe uiſum fuerit, res eorũ qui nobis chariſſimi ſunt, nõ in tuto, neq; illæſas eſſe ſignificat.

De barba Cap. XXXII

BArbã habere magnã, & denſam, & hirſutam, uiro ſermonis ſtudioſo & philoſophãti bonũ eſt. Item his qui ad aliquid agendũ animũ intenderũt, illos ẽm decoros, hos uerẽdos facit. Mulier aũt ſi barbã habere ſibi uideatur, ſiquidẽ fuerit

uidua

uidua, maritũ reperiet, et uirũ habebit ualde benignũ, ut perſonæ mixtæ eſſe uideantur. Si uero nupta fuerit, uiro ſpoliabitur, aut ab ipſo recedet, & domũ ſuã gubernabit, uelut ſimul uir atq; mulier exiſtat, niſi ſane uterũ ferat, aut cauſam habeat iudiciariam. Illa enim maſculũ pariet, quẽ factum perfectũ intuita, ſeipſam habere barbã putabit. Hęc uero incõtẽptibilis, uelut uirago manebit. Puero aũt ualde iuuenculo mortem præſagit, propterea quod ætatẽ barba preuertat. Ei uero q iã adoleſcentiã attigit, & nõ ita dudũ barbam geſtauit, à ſeipſo ornatũ affuturũ ſignificat, & ſolum diuerſaturum eſſe, ſiue ſeruus, ſiue liber exiſtat, ut ſit perfectus & ſibiipſi proſpiciat. Defluẽs aũt barba, aut deraſa, aut uiolẽter euulſa à quibuſdã, ſupra hoc quod ſanguine iunctos diſperdit, damnum ſimul ac turpem confuſionem prædicit.

De dentibus Cap. XXXIII

IVdicatio de dentibus multam ſuſtinens diſtinctionẽ, à paucis omnino noſtri ſeculi ſomniorũ interpprætibus recte tractata eſt, Ariſtãdro ſane Telmiſenſi documẽta plurima & optima pro-

ponente. Res aũt ſic ſe habet. Ex dentibus ſuperiores, eos qui in domo eius qui ſomniũ uidit potiores & præſtãtiores ſunt homines ſignificant. Inferiores uero, uiliores. Domũ enim putare cõuenit os ipſum, dẽtes uero, homines qui intra domũ degunt, et ex his dextri uiros ſignificãt, Siniſtri mulieres, præterq̃ ſi quædã raro accidant, uelut ſi quis Leno exiſtens, in domo ſua omnes fœminas habeat. Aut Agricola omnes uiros. In his enim dextri dentes, ſeniores ſignificãt, ſiniſtri uero iuniores. Inſuper & ualde iuuenes, dẽtes ſectores appellati, hoc eſt anteriores, ſignificãt. Mediæ ætatis, canini. Senes, Molares: quos etiã gomphios hoc eſt, clauares quidã appellãt. Qualemcunq; igitur quis amiſerit dentẽ, talem hominem amittet. Quãdo uero nõ homines modo, ſed etiã poſſeſſiones perdẽtes ſignificantur, Cenſendũ eſt Molares quidẽ theſauros repoſitos ſignificare. Caninos uero ea quæ nõ magni momenti ſunt. Sectores uero ſupellectilẽ uaſorũ. Veriſimile eſt igitur aliquos ipſorũ excidẽtes, pecuniarũ ac facultatũ perditionem ſignificare. Inſuper aũt dentes etiã res uitæ neceſſarias ſignificant

cãt, & ex his Molares, ſecretas & arcanas. Canini uero eas quæ nõ multis manifeſtæ ſunt. Sectores aũt manifeſtiſſimas, & quæ per ſermonẽ & uocẽ cõparantur. Exciden tes igitur dẽtes, ſimiliũ rerum impedimen tum ſunt. Verũ age de ipſis amplius quid/ dam diſtinguamus. Obæratis quicũq; dẽ/ tes exciderint, æris alieni redditionẽ ſigni/ ficant, atq; hoc in cõmuni & copulatim di ctum eſt. Dicetur tamen etiã quẽ nam den tes ſignificent, Et ſi quidẽ unũ quis amiſe/ rit dentẽ, uni reddet, aut multis una uice, ſin multos, multis, aut uni ſæpe. & ſi quaſ/ ſatos ac fiſſos amiſerit, paulatim & particu latim reddet, & ſi quidẽ citra dolorem ab/ iecerit, quæſtu facto & ditatus. Si uero in amiſſione dolere ſe putauerit, reddet ad/ dens aliquid de ſuo. Dentes anteriores eie/ cti qui ſectores appellantur, nihil per ſer/ monem conficere ſinunt. Et ſi quidẽ ſequa tur ad ipſos dolor, aut ſanguis, aut carun/ culæ, in totũ oblitterãt ac tollũt propoſita. Sin abſq; moleſtia excidãt, præſens tantũ differũt ac tranſmittunt. Dentes ſimul oẽs excidentes, deſertã domũ ſignificant, om/ nibus ſimul diſcedẽtibus deſtitutã. Habẽt

præterea dentes excidentes, & in nō ſanis, & nō liberis, & exercētibus mercaturā aliquid. Ipſis enim ægrotātibus longū quidē morbū & tabē prædicūt, uerū nō morituros eſſe cōfirmāt. Citra enim dētes ſanorū cibo uti nō datur, ſed ſorbitionibus & ſucco. Ex demortuis aūt nullus dentē amittit. Quapropter quicquid mortuis nō cōtingit, ægrotantibus ſignū ſalutis exiſtit. Pręſtat tamen ægrotos oēs dētes perdere. Citius enim ſic cōualeſcunt. Seruo uero nullum dentē habere, libertatē denūciat. Aut enim nō exhibens miniſteriū, uelut dentibus alimentū, aut ab alio alimentū non accipiens, uelut qui neq; à dētibus nutriatur, penitus liber erit. Mercatoribus aūt citam onerū ac bonorū curationē ac diſpoſitionem hoc ſomniū ſignificat, & præſertim ſi in motu fuerint ipſa. Augeſcētes aūt quidam ex dentibus, ita ut alter alterū magnitudine ſuperet, ſeditionē in domo eius qui ſomniū uidit ſignificāt, quandoquidē harmonia nō amplius utuntur, quæ ſignificatio eſt & mobiliū etiā ſi nō elabātur. Quicunq; uero nigros, & putrefactos, ac corroſos, aut mutilos dentes habentes, uiſi ſibi

fuerint

fuerint eos amiſiſſe, hi omni moleſtia, om-
niq; malo liberabũtur, & aliq ſanè ſæpe ſe
niores homines ex hoc ſomnio amiſerũt.
Porrò dẽtes habere eburneos, bonũ eſt o-
mnibus. Philologis enim qui ſermonis ſtu
dio tenẽtur, ſuauiloquentiã, alijs uero ſum
ptuoſitatẽ circa domũ ſignificat. Verũ au-
reos habere dentes, bonũ quidẽ eſt philo-
logis, uelut ab aureis dentibus ſermonem
prolaturis. Reliquis aũt incendia futura in
domo ſignificat, quibuſdã uero morbum
ex bilis multitudine conſiſtentẽ, qui etiam
Icterus & arquatus nominat̃. Cereos den-
tes habere celerẽ mortẽ affert, Tales enim
cibũ conficere nõ poſſunt: plũbeos habere
aut ſtãneos, ignominiã et pudefactionem,
Vitreos uero aut ligneos, uiolentã mortẽ
inducit. Argenteos aũt habere dentes, pe-
cuniã parare per ſermones & eloquẽtiam
ſignificat. Diuitibus uero pecuniarũ ſum-
ptum in alimentũ ac cibos prædicit. Si ue-
ro quis eiectis prioribus dẽtibus, alios ena
ſci ſibi putet, ſomniũ hoc immutationẽ to-
tius uitæ ipſi præſagit, in melius ſanè, ſi fue
rint ſecundi dentes prioribus meliores, in
peius aũt, ſi fuerint deteriores. Carunculas

 aut

aut ſpinulas, aut aliud quid ſibi uideri in dentibus habere, de quibuſdã neceſſarijs loqui prohibet, quandoquidẽ etiam actionum impedimentum præнunciat. Si quis uero talia in dentibus habens, ea eximere ſibi uidetur, actionum impedimentũ ceſſabit, & per eloquentiam opes parabit.

De lingua Cap. XXXIIII

LInguam cõmoderatam & ori conuenientem habere, & clare loqui, omnibus bonũ eſt. Verum nõ poſſe loqui, aut linguã ligatam habere, actionũ impedimentũ ſimulq; paupertatẽ ſignificat. Nam & paupertas ſermonis ac dicendi libertatem adimit, ut hic Theognidis ſententiam uſurpare liceat.

Vir paupertatis pedicis uinctus, neq; dicto Nec facto præſtat, linguaq; uincta ſibi eſt. Lingua tumefacta, uxori eius qui ſomnium uidit morbũ præſagit, ſi quidem uxorem habet, ſi non, ipſi. Lingua quæ ſupra os cadens ipſi incumbit, à petulantia ſermonis damnũ ſignificat. Sæpe uero etiam uxorẽ eius qui uidit adulterã eſſe criminata eſt. At uero exiſtimare pilos habere è lingua enatos, ſiue albos, ſiue nigros

gros, nequaq̃ fuerit bonum, quãuis dicãt his qui è ſermone ac eloquẽtia ſibi rem parãt, bonũ huiuſmodi ſomniũ eſſe. Nos aũt ỏbſeruauimus, omnibus nõ bene tale ſomniũ ceſſiſſe. Nihil enim quod nõ ocioſum eſt & indetritũ pilos producit, oportet aũt linguã minime ocioſam habere, et nigri q̃dem pili citius, albi uero tardius ipſos euẽtus inducunt. Quæcunq; autem obſeruaui de hoc ſomnio ea ipſa ſcribo. Qui equidem per uocem operãtur, his ocium & uacationẽ ad ſermonem faciendũ lingua habuit. Reliquis ad cibum capiendum, aut enim ęgrotauerunt multo tempore, & non fuerunt uſi ſolitis cibis, aut ab ęgrotatione mortui ſunt. Teſtimoniũ autem cõtulerit utiq; huic obſeruationi Apollonius Atalenſis in ſecundo libro, multa de hoc ſomnio dicens. Nihil differt autem ſiue ex lingua ipſa, ſiue ex palato pilos enaſci, aut etiam ex gingiuis, aut dentibus, aut labris. eandem enim ſignificationem habent.

De uomitu ſanguinis, aut bilis, aut pituitæ, aut cibi. Cap. XXXVIII

Anguinem uomere multũ, & boni coloris, & non corruptum, bonum

 eſt

eſt pauperi. acquiſitionem enim ſignifi-
cat, & abundantiam pecuniarū. eadem e-
nim ratio ſanguinis & argēti eſt, uelut etiã
ueteres prodiderūt. Bonum eſt & ei qui li-
beris caret, et qui cognatum apud exteros
habet. alter enim filium ſibi natū, alter cog
natum reducem, utroſq; eiuſdē ſanguinis
exiſtentes, uidebit. Verum ſi in uas proflu
xerit ſanguis, filius quidē educabitur. Vi-
uet autem cognatus apud exteros degēs,
qui etiam poſt reditum morietur. Si uero
in terram defluat, ambo cito morientur. et
qui apud exteros degit, in ſuam ipſius con
cedet, propter ſanguinem, hoc eſt in ſuam
terrã, quæ uidelicet patria exiſtit. Sangui-
nem geſtare uidere, abſurdum & minime
cōueniens eſt ei qui latere uult, manifeſta-
bitur enim. Corruptus autem ſanguis om
nibus ex æquo morbum annunciat. Mo-
dicum ſanguinē, adeò ut neq; uomitu, ſed
ſpuendo reijci uideatur, obſeruaui ſeditio-
nem portēdere. Bilem porrò aut pituitam
uomere, ei qui in calamitate, aut anguſtia
aliqua, aut morbo eſt, ceſſationem inſtan-
tium malorū ſignificat. Omnia enim eiuſ-
modi excreta, amplius non moleſtant. Ei
uero

uero qui pro uolũtate diuerſatur, prius ali quid moleſtiarũ inducit, à quibus poſtea ipſum liberat. Cibum uomere quencunq; tandem, damnũ ſignificat, ex eo quod cor pus alimentum non ſentit. Sua ipſius inte ſtina aut uiſcera per os reijcere, filiorũ per niciem & uiro & uxori prædicit. Verum his qui liberis carent, optimæ rei quam in bonis ſuis habent perditionem denunciat. Aegrotāti autem mortem præſagit hoc ſo mnium. Horum cauſas, ſequens ſermo exhibebit.

De collo. Cap. XXXVI

QVodcunq; ulcus, aut morbum, aut affectum, circa collum, ſiue ceruicē, ſiue barbam, habere quis exiſtimauerit, omnibus ex æquo morbũ prædicit. Dependet enim aliquo modo ex capite ac collo uniuerſum corpus, & his quidem ſanis, ſanum eſt. ægrotātibus uero ægrotat, & firmum non eſt. Duo habere capita aut tria, bonum eſt athletæ, plurima ſacra certamina decertaturo. Tot enim ſacris certaminibus coronabitur. Bonũ eſt & pauperi, ſupra hoc enim quod multa capita poſſidebit, & multam bonorũ ſubſtãtiam colliget

get, etiam liberi ipſi boni, & uxor ex animi ſententia contingent. Diuiti porrò aduerſitatē ſignificat ex cognatis. Et ſi quidem prius caput ſupereminеat, non deijcient ipſum aduerſarij. Si uero à reliquis præminentibus excellatur, periculũ ipſi & mortem ſignificat.

De decollatione. Cap. XXXVII

CAput decollatũ eſſe ſibi uideri, ſiue iudicio damnatum, ſiue à prædonibus, ſiue in ſingulari certamine, aut quocunq; alio modo, nihil enim refert: malum eſt parentes habenti, & habenti liberos. parentibus enim ſimile eſt caput, propterea quod uitæ autores exiſtant. filijs uero ob faciem & imaginē. Iam uero & uxore, & amico, & uillico bono, quidã ex hoc ſomnio priuati ſunt, & non habuerunt faciem poſſeſſiones ipſorum inſpicientem. Quidam etiam domum habens, eam perdidit. Nam caput domus eſt, ut ita dicam, ſenſuum. Si uero quis hæc omnia ſimul habeat, manifeſtũ eſt non in omnia euenturũ eſſe ſomnium, ſed uelut ego obſeruaui, magis in fauorabilem ac dilectum ac neceſſarium exiſtentem ei qui ſomnium uidit. Bonum

num eſt autē hoc ſomniū in capitis cauſſa reo. Quæcunq; enim ſemel circa aliquem fiunt,& impoſſibile eſt bis eadē fieri, hæc facta non amplius cōtingent. iam enim facta ſunt. Nummularijs autem & fœneratoribus,& ſymbolo conuiuali colligendo præfectis, & naucleris, mercatoribusq; & omnibus pecunias colligentibus, perditionem ſummarum pecuniariarū ſignificat, ob æquiuocationem uocis κεφάλαια, quę de capitib. & ſummis pecuniarijs dicitur. Bonum eſt aūt obæratis, propter eandem cauſam. Qui uero apud exteros degit, in ſuam patriam redibit. & qui de terra litem habet, cauſam uincet. Ablatū enim caput in terrā cadit, & in ipſa manet. & reliquo corpori non amplius moleſtias exhibet. Seruo autē in cuius fidem domus tradita eſt, fide exolutum eſſe ſignificat. Nemo enim ante damnationē capite plectitur. aut quod caput non habens, fidem & autoritatem nō habet. Acephalum enim & ſine capite eſſe dicimus ignominioſum. Reliquis omnibus libertatem ſignificat. Dominus enim corporis exiſtēs caput, ubi fuerit ablatum, ſeparatum ab hero ſeruum liberum

fore

fore ſignificat. Multi autẽ per hoc ſomniũ ſolum uenditi ſunt. Cæterum in cauſis famæ & nominis, aut pecuniaria, damnationem præſagit hoc ſomnium, & cauſa ſane eſt manifeſta. Si uero quis nauigãs hoc ſomnium uideat, apicis mali perditionem ſignificat, niſi nautarũ aliquis ſit qui uidit. In his enim obſeruaui, principibus mortẽ ſignificare. Imperat autẽ perineo tœcharchus qui laterib. nauis præeſt, tœcharcho proreta, proretæ gubernator, gubernatori nauclerus. Verum in mercatoribus & nauigantibus, qui tãtum ut uehantur nauem cõſcendunt, & ob id Epibatæ dicuntur, toto corpore in nauem diuiſo, caput dixeris apicem mali. Noui quendam qui uiſus eſt ſibi decollatus eſſe, & græcus exiſtens Romanam adeptus eſt ciuitatem, & ſic priori nomine ac dignitate priuatus eſt.

De capite obtorto. Cap. XXXVIII

Caput ſuum obtortũ & auerſum uidere, ita ut poſteriora reſpiciat, prohibet quidem à ſua patria diſcedere, pœnitentiam profectionis denunciãs. Prohibet autem etiam omnia quęcunque tandem facere. Non enim ea quæ nũc grata &

ra & iucunda apparent, ſed futura reſpice re prędicit. Cæterũ his q apud extero s po pulos degũt, reditũ ad domũ, ſero & præter expectationẽ pręſagit. Viſionem enim domus etiam præter facultatẽ ſignificat.

De eo quod quis putat ſe feræ alicuius caput habere. Ca. XXXIX

LEonis, & lupi, & pantheræ, & elephantis caput habere putare, pro ſuo ipſius, bonũ eſt. Maiores enim quàm pro uiribus ſuis res aggreſſus is qui ſomnium uidit, in his uictoriam adipiſcetur, & ſuperior euadens plurimum iuuabitur, terribilis quidem contrarijs & aduerſarijs, ſuis autem oneroſus & grauis redditus. Multi uero qui ad principatus & magiſtratus animum adiecerũt, ſucceſſum in hoc ſomnio ſenſerunt. Canis, aut equi, aut aſini, aut alicuius aliorum quadrupedum, aut uolucriũ caput, pro ſuo habere ſibi uideri, ſi quidem quadrupedis fuerit, ſeruitutem & erumnas ſignificat. Si uero alicuius ex uolucriũ genere, in propria regione non manſurũ eſſe pręſagit. aut propter uolatum, aut quod auium gentes in proprijs regionibus non permanent. imò neque apud parentes,

Habere caput in manibus. Cap. XL

C Aput ſuum in manibus habere ſibi uideri, bonum eſt non habenti liberos, & nõ habenti uxorem, & expectanti aliquem apud exteros degẽtem. Si uero quis adhuc capitis ornãdi curam habeat, recte diſponet quippiam eorum quę circa ipſum male habent, & ex uitę malis ac erumnis ſe extricabit. Idem ſignificat etiam, ſi quis ſimul tenẽs in manibus caput ſuum, aliud habere ſe putet ſecundũ naturam.

Habere cornua. Cap. XLI

C Ornua habere adnata, bouis aut alterius cuiuſdam animalis uiolenti, uiolentas mortes inducit. Vt plurimum uero decollationem ei qui ſomnium uidit ſignificat. Hæc enim & animalib. cornigeris euenire ſolet.

De humeris. Cap. XLII

H Vmeri craſſi & carnoſi, omnib. boni ſunt. præterquam his qui in uinculis aut carceribus detinentur. fortitudinem enim & felicitatẽ ſignificantes, his ſolum mali ſunt. Lõgiori enim tempore mala ſuſtinebunt, uelut in humeris reſiſtere uolentibus. Si uero quid patiãtur humeri

meri, prædictis contraria ſignificant. Sępe autē & fratribus mortem aut morbū præ/dicunt. Nam & humeri ipſi inter ſe fratres exiſtunt.

De pectore & mammis. Cap. XLIII

P Ectus ſanum & illęſum, bonum eſt. Hirſutū uero etiamſi pilis denſum fuerit, uiris quidem bonū & lucro/ſum eſt. Mulieribus aūt uiduitatem ſignificat, negligentius enim degunt, & pilis denſæ fiunt, quum non adeſt ob quem corpo/ra exerceant. Mammæ aūt extra omnem querelā & inculpatè habentes, bonę ſunt. Si uero maiores appareant, cōcinnitatem & gratiam ſeruantes, liberorum ſimul ac poſſeſſionum acquiſitionem ſignificāt. At uero ſi quid patiantur, & uelut ulceratæ ui deantur, morbū portendūt. Decidētes ue ro mortē pueris, ac liberis eius q ſomniū uidit. Si liberi non ſint, indigentiam præſa giunt. Sepe etiam luctum præſertim mu/lieribus ſignificāt. Hæ enim in luctu etiam mammas dilaniant. Nutrici autem ſi fi/lium habuerit, ſomnium in eum quem nu trit eueniet. Multas habere mām̄as, idem ſignificat quod ſolito maiores factas eſſe.

f Mulieri

Mulieri uero &adulteriorum conſuetudinem. Vulnerari in pectus à quodam familiari & noto, triſtis nuncij auditionem aliunde ſignificat ſenibus. Iuuenibus & uiris & fœminis amorem prædicit.

De manibus. Cap. XLIIII

M Anus robuſtæ & pulchrę, felicitatē ſignificant, maxime artificibus manuarijs, & qui per dationē & acceptionem uictum ac rem cōparant. Timenti aūt ligationē & uincula, non abſq; timore ſomniū hoc eſt. Verū iam particulatim etiam de manibus dicam. Quicquid tandem patiantur brachia, luctum ſignificāt. Quicquid uero cubiti, negotia quę in manibus ſunt diſſoluunt, & miniſtrantib. ſpoliant. Audiui porrò quendā circa hanc artem excellentem, qui ſanè mihi ualde placentia ac probata retulit, quandoquidem etiā euentibus ea cognouiſſe ipſum deprehendi. Si uero alicui nō ueriſimilia, nec credibilia dicere uideor, placitis ſibi utatur. Ille itaq; dixit, dextram manum ſignificare ea quæ parātur bona, ſiniſtrā uero ea quæ iam parta ſunt. altera enim ad accipiēdum

parata

parata eſt, altera idonea ad ſeruandum. Eſt autem antiqua diuiſio uera iam. Et dextera quidem manus ſignificat filiũ, patrem, amicum. Siniſtra uero uxorẽ, matrem, ſororem, filiam, ſeruam, ſeruum. Vtram igitur quis ablatam eſſe, per ſomnium uiderit, priuabitur aliquo ex his qui per ipſam ſignificantur. In communi autem utręque manus ſignificant artes, chirographa, ſermones. Artes quidem quoniam per manus fiunt artes. Chirographa autem, quoniam etiam ipſa manus appellantur. Sermones uero, quoniam ſimul cum ſermone manus mouentur. Cæterum quod nautis, & ſaltatoribus, & miraculorum editoribus, manus non habere, bonum non ſit, quandoquidem impoſſibile eſt abſque his operari, manifeſtum ſane exiſtimo. Rurſum digiti manuũ amiſſi omnes aut ex parte, damnum ſignificant, & miniſtrorũ perditionem. Scriptoribus autem & philologis ocium & ferias portendunt. Debitoribus uero plurium quàm debẽt perſolutionem, & fœneratoribus uſurę interceptionem. Noui autem quendam qui putauit ſe digitos non habere, huic fœnerator etiam

citra ſcriptum credidit. Plures habere digitos, contraria ſignificat ei ſomnio quo pauciores habere ſe quis uidet. Morbi enim accedunt ex digitis non ſecundum naturam habẽtibus, ipſiq́ꝫ ſimul ſunt ocioſi, ſimulq́ꝫ his quibus enati ſunt ferias pariũt. Verum quidam errore decepti, bonũ eſſe eiuſmodi ſomnium ſuſpicati ſunt. Pilos habere ex manib. enatos, ex articulo quidem manus, uincula ſignificat: ex lata aũt palmæ interna parte, ocium & ferias omnibus prædicit, maxime uero agricolis & artificib. manuarijs. Quãdo em̃ nõ amplius circa opera teruntur manus, neqꝫ ſupficies ipſarum denſatur, Veriſimile eſt etiam pilos enaſci. Multas porrò habere manus, bonum eſt artifici manuario. Neqꝫ enim ab operis interquieſcet. Somniumqꝫ ipſi quodã modo dicit: Opus eſt tibi pluribus manibus, propter operarum multitudinẽ. Bonum etiam eſt iuſte agentibus, acquiſitionem enim & liberorũ & famulorum, itemqꝫ pecuniarum ſignificat hoc ſomniũ, quemadmodum ſæpe obſeruaui. Maleficis autem uincula preſagit, atqꝫ hoc modo circa unũ corpus plures manus futuras eſſe.

De

De ilijs & partibus circa umbili-
cum. Cap. XLV

Lia & imus uenter, & omnia uſque
I ad inguina mẽbra, corporis robur,
& ſubſtantiam bonorũ ac opum ſi-
gnificare, putandũ eſt. Proinde ubi hæ par
tes fuerint affectæ, corpori quidem mor-
bum, uictus uero inopiam denunciãt. Ipſe
aũt umbilicus ſi cui ſint parẽtes, eos ipſos
ſignificat, ſi nõ ſint, patriã. ex qua quis na-
tus eſt & prodijt, uelut ex umbilico. Si ita
que quid circa umbilicũ moleſti fuerit, aut
parentũ aut patriæ priuationem præſagit.
Et eum qui apud exteros eſt nõ reducit.

De internis partibus. Cap. XLVI

Eſectũ eſſe ſibi uideri, & cernere in-
R ternas ſui partes ſecundũ naturam
& ſingulas decẽter ſitas, bonum eſt
non habenti liberos, et pauperi. alter enim
liberos proprios uidebit, alter uero poſſeſ-
ſiones. Nam & liberi uiſcera appellantur,
uelut etiam interanea. Et quemadmodum
in domo poſſeſſiones, ſic intra ilia uiſcera
inſunt. Diuiti autẽ & omni qui latere uult,
pudefactionem & deprehenſionẽ ſignifi-
cant. Graue eſt aũt omnibus, uiſcera à quo

piam conſiderari,negociorum enim moleſtorum & litium inductionem deſignat,et occulta reuelat. At uero reſectũ aliquem ſibi uideri uacuum eſſe,nullo uiſcere intus exiſtẽte,deſertam fore domum eius qui ſomnium uidit ſignificat, & filiorum perniciem, & ægrotanti mortem. Bonum uero fuerit ei tantum qui in malis & anxietatibus uerſatur, malorum enim ante pedes exiſtentium ceſſationem prædicit. Qui enim partes curarum cõtentrices perdidit, merito à triſticia liber exiſtit. Quin et illud ſupra prædicta conſiderare oportet. Cor uxorem ſignificat uiri qui ſomnium uidit, & maritum mulieris quæ uidit. propterea quod totus corporis habitus uideatur, & animus, & ſpiritus, eius qui uidit. Hæc enim comprahendit, & in ſe habet. Et pulmo ſimiliter. Hepar uero filium, & uictum & curas. Fel autem bilioſum humorem, et pecunias, & mulieres. Splen uoluptates, & riſum, & uaſorum ſupellectilem. Venter autem & inteſtina, liberos primum, deinde fœneratores. quoniam multa uiolentia alimentum expoſtulant. Renes fratres & cognatos, reliquos autem liberos ſignificant

ficant. Proinde ubi hæ partes ꝑmanſerint, meliora etiam ea quæ portendunt ab ipſis ſignificant: & ſanæ quidem omnes, aut ſingulæ per ſe, eãdem ſignificationẽ habent. Duplicatæ aũt omnes aut unaquæq; ſeorſim, duplicata futura eſſe ea quę ſignificantur indicant. deperditę uero perditionem.

De pudendis. Cap. XLVII

PVdendum ſimile eſt parentibus, ob ſeminariã rationem in ipſo contentam. liberis uero quod etiam ipſum liberorum cauſſa exiſtit. uxori & amicæ, quia ad res uenereas aptum eſt. fratribus & omnibus ſanguine nos attingentibus, quoniam totius domus & familię ratio ex pudendo dependet. Robori aũt & corporis uirilitati, quia & ipſum horũ cauſſa exiſtit. quapropter etiã uirilitas à quibuſdam appellatur. Orationi & diſciplinæ, uelut principaliſs. omniũ pudendorũ. Eſt autem fœcundũ uelut item oratio & ſermo. Et ſanè quum aliquãdo in Cyllene eſſem Mercurij ſtatuam uidi, nihil aliud q̃ pudẽdum naturali quadã ratione fabrefactũ. Inſuꝑ ſimile eſt opulẽtiæ & poſſeſſionib. ꝓpterea ꝙ aliquando intendi, aliquãdo remitti, &

præbere & excernere poteſt. Conſilijs autem & arcanis, quoniam & conſilia, & pudenda, μήδεα græcis appellantur. Paupertati etiã & ſeruituti ac uinculis, quia & neceſſariũ uocatur, et neceſſitatis ſymbolum exiſtit. Inſuper & dignitatis ac nominis autoramento. Verendũ enim & autoramentum appellatur. Proinde pręſens quidem, et in propria ſede permanens pudendum, permanſurum eſſe quod unicuiq; adeſt eorum quæcunq; tandem pudendo ſimilia ſunt, ſignificat. Augeſcens uero etiam auget, ablatum, priuat. Duplicatum autẽ apparens, omnia quæ adſunt dupla futura ſignificat, præter uxorem aut amicam. his enim ſpoliat. Neque enim duobus pudendis ſimul uti datur. Noui autem quendam qui uiſus eſt ſibi tria pudenda habere, & quum eſſet ſeruus, liber factus eſt, & pro uno nomine tria accepit. duobus nominibus à manumittente aſſumptis. Verũ hoc ſemel contigit. Oportet autem nõ à raris, ſed ab his quæ ut plurimum eueniunt, omniũ iudicationes facere.

De

De inguinibus & fœmoribus Cap. XLVIII

INguina non procul à pudendis ſita, neq; diuerſum ſignificant. Quare eandem utrorumq; rationem habere oportet, Cæterum fœmora, alia omnia pudendis ſimiliter ſignificant, ſolum autem ſupertepefacta diuitibus iniucunda utplurimũ obſeruata ſunt. Et circa rem Veneream ſumptus ſignificant, & fermè non ſumptus, ſed damna ac detrimenta.

De genibus. Cap. XLIX

GEnua ad robur & fortitudinem referenda ſunt, & ad motus & ad actiones, Quare robuſta & ſana exiſtentia, peregrinationem & alium quemcunq; motum moueri permittũt, & actiones prędicunt, & ſanitatẽ, ei qui de ipſis ſomnium uidit. Si uero fuerint affecta & læſa, contraria. Quæcũq; autem planta ex genibus enata cuipiam uidebitur, tardum & impeditum genuum uſum ipſi portendit. Si uero ægrotus hoc ſomniũ uiderit morietur. ex terra enim naſcuntur plantæ. In terram uero reſoluuntur corporum concrementa. Noui ego quendam qui exiſtimauit ſe

uidere ex genu dextero harundinem ſibi excretam, & contigit ipſi fiſtulam in genu illo generari. Nam & harũdo genu habet, & in fiſtulam cauatur. Sæpe uero & ad fratres, & ad familiares ac ſocios pertinent genua, quoniam & ipſa inter ſe fratres ſunt, & in ambulando ſocij ac communicantes. Inſuper & ad liberos pertinent. Aequaliter enim cum pedibus deſeruiũt, & rurſus ad ipſos pedes exiſtentes pertinent, Meritò igitur ſeruos & libertos ſignificant.

De pedibus, ſuris, & talis Cap. L

S Vræ & poſteriore & anteriore ſui parte, eadem genibus ſignificant. Tali uero & pedes ſummi, reliqua quidem æqualiter genibus ſignificant, Verum in eo quod non libertos, ſed ſeruos ſignificant, differunt. Plures pedes habere, bonum eſt mercatoribus, & nauclero. pluribus enim ſeruis imperabunt, bonum eſt & omni qui mercede ſeruos alit. Nauis autem gubernatori quietem & tranquillitatem ſignificat, pluribus enim pedibus utetur

tur,nauem remis impellendo. Bonum eſt & pauperi, ſeruos enim acquiret. Diuiti autem morbum præſagit, ut nõ ſolum ſui ipſius pedibus, ſed & baiulantium ipſum utens, plures habere uideatur. Multos uero hoc ſomnium cœcos fecit, ut prȩuio duce uterẽtur, & maleficos in uincula coniecit, quo uidelicet cum cuſtodibus, & non ſoli procederẽt. Noui aũt quendam qui uiſus eſt ſibi, reliquo toto corpore quieto manente, pedes ſuos ſolos baiulare ac portare, & ne minimum quidem progredi, & tamen moueri. Contigit ipſi in exhauriendã ſentinam damnari. Nam haurientibus cõtingit, ut tranſigant opus tanquam ambulent, ſemper autẽ in eodem loco maneant. Sed & alius quidã putauit de pedibus ſuis profluere aquã, & contigit ut in ſentinam damnaretur quũ maleficus eſſet, atq; hoc modo de pedibus ipſius aqua profluxit. Quandoquidem alius non maleficus homo, eodem ſomnio uiſo, aquam inter cutem incidit. At uero pedes ardentes uidere, omnibus ex æquo malum eſt, & amiſſionem & peſſundationem bonorum ſignificans, imò etiam filiorũ & ſeruorum.

Filij

Filij enim æque ut ſerui, parentibus famulantur, curantq́ ipſos ueluti famuli, quæ res multos ſomniorum interpretes feſellit, qui exiſtimauerunt ſolos ſeruos per pedes ſignificari. Curſoribus porrò conducit ſomnium, ubi decertaturi ipſum uiderint. Cito enim & ut ita dicam, ex igne rapient crura.

De tergo Cap. LI

TErgum & omnia poſteriora, ſenectæ ſignificationem habere iudicamus. Vnde aliqui & recte Plutonis propria ipſa appellant. Proinde quales ſe quis habere putauerit poſteriores partes, talis eueniet ipſi ſenecta.

De alteratione Cap. LII

IN ſomnijs de alteratione, primum oportet quantitatem, quæ circa magnitudinem conſiſtit, conſiderare. Deinde qualitatē, quæ circa materiā attenditur. Tertio qualitatē quę circa ideā cōſiſtit, quæ propria formæ exiſtit. Et in ſomnijs quidem iuxta quātitatem, ſiue ex paruo magnum factum eſſe, ſiue ex priore magnitudine maiorem, bonum eſt, ſi non ultra humanū modum quis magnus factus

ſibi

ſibi uideatur. Nō enim corporis,ſed actio num augmentum ſomnium ſignificat, & rei familiaris eius qui ſomnium uidit. At uero ſupra humanum modum magnum factum eſſe ſibi uideri, mortem ei qui uidit portēdit. Et ſi quis filiolum ſuum paruum exiſtentem, in uirum euaſiſſe putabit, morietur filiolus. Graue eſt & ſomnium ſeni, in adoleſcētem tranſmutari, & adoleſcenti in puerum. Vterq; enim ipſorū in peius & ignobilius tranſijt. Cęterum bonum eſt puero in adoleſcentē, & uiro in ſenem permutari, uterq; enim ipſorum in meliorem & honoratiorem ſtatum tranſijt. Si uero adoleſcens in ſenem permutetur, non quidem morietur uelut puer, uerum ægrotabit. & ſi uir in puerum permutetur, imprudenter in rebus agendis ſe gerēs, damnum perpetietur, & in ipſum poeticum illud recte dicetur: Sunt ſemper ſuſpenſa uirorum corda minorum. Porrò qualitas permutationis ſic habet. Si quis in mulierem tranſmutetur qui antea uir fuit, pauperi quidē bonum eſt & ſeruo. alter enim habebit qui ipſum enutriet, uelut mulier: alter uero minore labore ſeruiet. Minores enim

enim ſunt mulieri labores. Diuiti uero malum, & maxime rempublicã adminiſtranti. Vt plurimum enim domus cuſtodes & intra tectum uerſantes ſunt mulieres. qua propter ſomnium omni magiſtratu exuit eum qui id uidit. Corporum autem exercitatoribus morbum ſignificat. fœminoſiores enim ſunt mulieres uiris. Si uero mulier in uirum mutetur, ſi quidem innupta fuerit, uirum reperiet, et ſi liberis caruerit, maſculum pariet, atq; ſic in uirilẽ naturam tranſibit. Si uero uirũ habeat & filium, uidua uitã traducet. Non enim uiro opus eſt uiro, ſed muliere. Seruę aũt & ancillæ ſomnium maiorẽ ſeruitutẽ inducit. Bonum eſt & meretrici. Illa enim ut uir, amplius labores ſuſtinebit. Hæc uero à quæſtu meretricio ceſſabit. Si porrò quis uir aut mulier, argenteus aut aureus eſſe ſibi uideatur, ſi quidem ſeruus eſt, uendetur: quo uidelicet argentum aut aurum fiat. Si uero pauper, ditabitur, ut ſit circa ipſum talis materia. Diues autem in inſidijs erit, omnia enim aurea & argentea, multos inſidiantes habent. Aegrotanti autẽ omni mortem prædicit hoc ſomnium, uelut etiam æreum ſe

factum

factum putare, præterquam athletæ & ſeruo. Ille enim ſtatuas aſſequetur, hic uero libertatem nanciſcetur. Aereæ enim imagines & ſtatuæ liberorum eriguntur. Idem ſignificat etiam, ſi quis imaginē ſuam aut ſtatuam, æream in foro poſitam uideat. At uero in ferrū permutari, calamitates intolerabiles ſignificat, quibus tolerandis ad ſenectam perueniet is qui ſomnium uidit. Ferreos enim appellamus qui multa mala ſuſtinent. Cæterum luteum aut teſtaceum factū eſſe ſibi uideri, omnibus mortem denūciat, exceptis his qui per terram aut lutum quæſtum faciunt. Lapideum factum eſſe, uulnera & conciſiones ſignificat. Neque enim poſſibile eſt abſque ferro aliquem lapideum fieri, Eodem modo & de alia materia iudicare oportet: ſi uero in animal quis permutetur, ab animalis natura iudicationum coniecturam facere oportet. de qua re in ſermone de uenatione ſecundus liber edocebit. Omnibus ex æquo bonā eſſe obſeruaui pulchritudinē, & corporis bonā habitudinē, ac robur, ubi non ſupra humanū modū excelſerint iſta. Quoniam ſuperexcellēter pulchrum eſſe,

& nimis decorũ ſibi uideri, aut robuſtum, ſimilem euentum habent, uelut eſſe turpẽ, aut reſolutum eſſe, aut uiribus deſtitutum, quæ ſane ægrotantibus quidem mortem, amantibus aũt rem infectam, & proditionem ſignificant.

De doctrina artium, opificiorumq́ ac ſtudiorum Cap. LIII

IN uniuerſum autem in omnibus infallibile hoc eſt. Quæcunq́ quis didicit & edoctus eſt, et exercuit, & facit opera ſiue artes, ea per ſomnium operari & exercere, & propoſitum aſſequi, omnibus bonum eſt. Quæ enim quis mente uolutat perficiet, & pro animi uoto conſumabit. Verum ſucceſſu fraudari, malum eſt. Contraria enim uoluntati ſignificat. Quæcũq́ uero quis neq́ didicit, neq́ exercuit, ſi per ſomnium facere ſibi uideatur, ſi quidem ei res ſuccedit, bonum eſt. Si uero uix aſſequitur, operoſum, & ad irritum laborem omnis propoſiti, etiam ludibrium cõſequitur. Cæterũ particulatim hoc ferè modo habet. Agriculturã exercere, aut ſeminare, aut arare, aut plantare, bonum eſt

uxorem

uxorem quærentibus, & non habentibus liberos. Aruum enim nihil aliud eſt, quàm mulier. Semina autem & plantæ, liberi, triticum quidem filij, ordeum uero filiæ & abortus. Reliquis morbos & malas affectiones ſignificat. Et ſi quis ægrotet in domo eius qui ſomnium uidit morietur. Nam ſemina & plantæ, uelut etiam ægri defodiuntur. Metere autem & uindemiare ac putare, quæcunq; tandem tempore huiuſmodi quis facere ſibi uideatur, actiones & aggreſſus omnes in illum ipſum tēpus ac horam differunt, quo ea ipſa fieri ſolent. Gubernare nauem omnibus bonum eſt, ſiquidem probe ſuccedat, & citra periculum perducantur, non tamen ut ſine timore & labore ſit ſucceſſurū. Si uero tempeſtatibus diuexentur aut naufragium faciant, ingens malorum exceſſus denunciatur, quam rem ego ſæpe obſeruaui. Coriariam artem exercere omnibus iuxta legem uiuentibus bonū eſt, ob menſuras: bonum eſt & nuptias aut ſodalitatē inſtituere uolentibus, propter ſuturas & iuncturas. Verum coria tingere omnibus malum eſt. Nam mortua corpora tractat coriarius tin

g ctor

ctor, & ab urbe ſemotus habitat. Quin & occulta reuelat, propter odorem. At uero medicos uidere peſſimum omniũ eſt. Au/ riſuſorem eſſe, maleficia circa eum qui ui/ dit ſignificat, ob uenena quæ ſub manibus habet, & monilium implicationes. Plaſti/ cen exercere, & buxum tornare, & ſculpe/ re, & ſtatuas facere, bonum eſt mœchis, & rhetoribus, & falſarijs, & omnibus fraudu loſis hominibus. Propterea quod hæ artes ea quæ non ſunt, uelut uera & exiſtentia oſtentent. Reliquis celebritatem nominis, & turbarum concurſus ſignificat, propte/ rea quod hæc opera multis oſtendantur.

Artem fabrilem ferrariam exer/ cere Cap. LIIII

ARtem fabrilem ferrariam exercere, & incudi adſtare, turbas & lites ei qui uidit portendit. Verum ſi quis nuptias celebrare uelit, ei benignam uxo/ rẽ præſagit, atq; id propter folles. Ipſi enim conſpirant: ſed & pugnãtem habebit, pro/ pter malleos, ſonum enim hi ędunt. Porrò circa alias artes iuxta hæc exempla, ſimi/ liter coniectationem facere oportet, ita ut ad utriuſq; ſubſtantias reſpectus habea/ mus

mus, tum ipſarum artium, tum eius qui uidit. Sed & illud obſeruare oportet, Quod quæcunque ſignificant artes ſi quis ipſas operari uideatur, eadem ſignificant etiam artifices uiſi, & ipſorum officinæ, ac inſtrumenta, modica exceptione in inſtrumentis ſeruata. Quæcunque enim ſecant & diuidunt, ea omnia diſcordiam, & ſeditionem, ac damnum ſignificant. Quæ uero uniunt aut colligant, ea utilitates & nuptias, & ſodalitates prædicunt, uerum peregre proficiſci prohibent. Quæ autem leuigant, inimicitias ſedant. Quæ dirigunt aut directionem indicant, occulta reuelãt. Quapropter etiã Geometriam ad huiuſce modi aptã iudico, Itemque geometras per ſomnium uiſos.

De litteris Cap. LV

Litteras diſcere eum qui ipſarũ ignarus eſt, bonum eſt. prænunciat enim quiddam ei qui uidit affuturũ, cum labore & timore. Nam & timent, & ſimul laborant, qui litteras diſcunt, & tamen ob utilitatem diſcunt. Si uero quis litterarum gnarus litteras rurſus diſcat, malum et abſurdum cenſendum eſt. puerile enim eſt di

ſcere, quapropter rerum ac actionum im-
proſperum ſucceſſum, cum timoribus &
laboribus ſignificat. Soli uero ei qui filiũ
ſibi naſci concupiſcit, bonum hoc eſt ſom-
nium. Non enim ipſe, ſed filius qui ex ipſo
naſcetur, litteras diſcet. Si uero quis gręcas
litteras diſcat ex Romana gente, aut Ro-
manas generis græci, alter ad romana, al-
ter ad græca exercitia & conuerſationes
perueniet. Et ſanè multi Romani græcas
uxores, & uiciſſim Græci Romanas duxe
runt ab hoc ſomnio uiſo. Noui quendam
qui exiſtimauit ſe Romanas litteras diſce-
re, & in ſeruitutem damnatus eſt. Nullus
enim græcus in ſeruitute docendus eman-
datur. Cæterum barbaras literas legere be
ne ac diſpoſite, in barbaras nationes tranſ-
greſſum, in eisq́ conuerſationem ſignifi-
cat, atq; iſthic ſplendidum quiddam deſi-
gnare. Verum male legere litteras barba-
rorum, etiam male inter barbaros conuer
ſaturum eſſe ſignificat, aut ægrotũ delira-
turum eſſe, atq; hoc ob uocis peregrinita-
tem. Qualeſcũq; aũt litteras quis neq; ſcri
bere neq; legere poſſe ſibi uidetur, rerũ &
actionũ ſucceſſu carebit, ſiquidẽ paucę fue

rint

rint, ad aliquot dies, ſin multæ, ad menſes.

De pubertate ſiue tirocinio Cap. LVI

PVbeſcere id eſt puberum ac tyronum habitum geſtare, ſi ſeruus ſibi uideatur, liber erit, quandoquidem ſolis liberis id lege permiſſum eſt. Omnibus aũt artificibus manuarijs, & rhetoribus ocium & ceſſationem in annũ ſignificat. Oportet enim Ephebum ſiue Tironem in Chlamyde manum dexterã inuolutam habere. propterea quod minime ſit ocioſa, tum ad opera, tũ ad ſermones, hæc manus. Dixi aũt in annum, propter pubertatis tempus, quod iuxta locum expendere oportet. Cæterũ à peregrinãdo prohibet hoc ſomnium, & eum qui apud exteros degit, in patriam reducit. Nam Ephebus in populo ſit oportet. Et à nuptijs libero, nuptias portendit. Nam ex legis ſancito chlamys circundatur. Et ex lege etiam uxor ducitur. Et ſi quidem chlamys fuerit alba, liberam ducet is qui ſomnium uidit. Sin nigra, libertam. Si purpurea, ſeſe generoſiorem. Nequaquam aũt ſeruã. Si uero quis liberorum gignendorũ deſiderio ca-

ptus, aut etiam iam natum filium habens, hoc ſomnium uideat, non ipſe ſed filius ipſius pubeſcet, & pubertatis habitum geret. Viro ſeni & ſupra ætatē exiſtenti, mortem præſagit ſomniū, & eos qui præter leges agunt prodit. Iuſte aūt agentibus prodeſt. Nā ipſa pubertas fermè regula eſt rectę ac ſanæ uitæ. Athletę aūt anteq̄ in ordinem lectus ſit, malum eſt, quandoquidem emotionem ex ordine uelut ſupra ætatem predicit. Neq; enim longe poſtea ephebus uir erit. Luctatori uero & certatori ſignificat, quod ad certamen nō ſit peruenturus, ſi uero perueniat, quod non ſit decertaturus. Non enim decertant Ephebi extra patriæ terminos egreſſi.

De Gymnaſijs ſecundum ſpecies
Cap. LVII

TRochum agitare, laboribus implicatū iri ſignificat, ex quibus tamen fructus ad eū qui ſomniū uidit perueniat. Harpaſtū & pila cōtentiōes nunq̄ finiendas ſignificāt. Plerunq; etiam amorem erga meretrices. Similis eſt enim pila, itēq; Harpaſtū meretrici, propterea quod nullibi maneant, & ad multos perueniāt.

Arteres

Arteres aũt ſiue halteres & gymnaſia ipſorũ propria, in præſens quidẽ improſperũ actionũ ſucceſſum & labores, rurſus aũt actiões cũ quiete prędicũt. Eſt enim huiuſmodi exercitiũ nihil aliud q̃ manuũ prępa ratio. Vtriculi uero, & ſcyphi, & translationes, & quæcunq; alia eius generis exercitamenta puerilia, cõtentiones pręſagiũt. At uero de lucta in tractatu de certaminibus dicemus, ut ne eadem bis ſcribamus.

De certaminibus Cap. LVIII

B Vccinare ſibi uideri tuba ſacra, bonum eſt uolentibus quibuſdam cõgredi, & eis qui mancipia perdiderunt, aut aliquos famulos, Nã in bello congregat hoc organũ diſperſos. Verũ occulta reuelat, ob ſoni magnitudinẽ, & ægrotos tollit, Cõpoſitũ eſt enim ex oſſe & ære, per quæ prodit quidẽ ſpiritus, non aũt reuertitur. Seruos et miniſterijs addictos, ſer uitute liberat. propriũ enim liberorũ eſt inſtrumentum. At uero rotunda tuba buccinare, malũ eſt. Neq; enim ſacrũ eſt organũ, ſed bellicum, & alia omnia quæcunq; per os dicit is qui hoc organo utitur, in caput ipſius recurrunt, quare nemini litem inten

dere permittit. Qualecunque autem inſtru-
mentum quis inflari audiuerit, turbabitur.
Si uero ipſam ſolum uiderit tubã, uanum
incurret timorem. Cæterum præconem
agere, eadem quæ buccinare ſignificat,
præterquam quod ſeruos inuitis dominis
liberat, & prȩconio publico liberatum iri
dicit. Tibia canere tibijs præſertim pythi-
cis, luctum ſignificat, aut ſimilem luctui tri
ſtitiam. Idem ægrotos occidit. Calamos
inflare omnibus bonum eſt, item in libatio
nibus ac ſacrificijs canere, & pſallere, & ci
tharam pulſare, bonum eſt ad nuptias &
ſodalitatem, propter harmoniam. Verum
ad alias aggreſſiones & conatus malum,
et ſeditionum cauſa, propter intenſionem.
In pleriſque etiam podagram innuit, pro-
pter neruos. Ipſum etiam cithara canere
ad eandem rationem referendum eſt. Tra-
gœdiam agere, aut tragica habere drama-
ta aut figmenta, aut tragœdos audire, aut
Iambica dicere aut facere, reminiſcẽti qui-
dẽ dictorũ, euẽtus omnes iuxta argumen-
tum contentũ fient. nõ reminiſcenti aũt e-
rumnæ, pugnæ, iniuriæ, & pericula eue-
nient, & ſi quid etiã his grauius aut crude

lius

lius exiſtit. Talibus em̃ Tragœdię ſunt re ferte. At uero comœdos audire, aut comi-cos habere luſus ſiue libros, ſi q̃dẽ ueteris comœdię fuerint, cauillos et turbas, et ſedi tiones & uituperia ſignificat. Si uero no-ſtræ ætatis comœdiæ erunt, reliqua quidẽ tragœdiæ ſimilia ſignificat, fines uero cõ-modos & bonos prædicit. Eiuſmodi enim ſunt argumẽta comicorum dramatũ. Cho ri aũt & hymni, ſimulationes & deceptio-nes ſignificant. Quæ enim non adſunt ali-cui, proprĳ lucri gratia, poetę laudibus ue here ſolent. Poetas uero et encomiorũ ſcri ptores, & dicẽdi artifices, in eundem cum choris locum referre oportet. Neq; quicq̃ intereſſe arbitror, ſiue quis ſeipſum aliq̃d horum facere putet, ſiue ĳſdem dum fiunt adſit. At uero de pyrricha ſaltatione, & reliquo tripudĳ genere, ubi de coronis a-gemus, tractabimus, quo loco & de canti-lenis agere cõmodum fuerit. Nunc uero de equeſtribus & gymnicis certaminibus cõſequenter dicemus. Equũ deſultorium, celetem græcis appellatũ, agitare, tum ha-benę, tum agitatori probe obedientem, ex æquo omnibus bonũ eſt. Equus enim ean

dem cum uxore & amica rationem habet. Nam & ob pulchritudinē ſuperbit, & agitatorem geſtat. Similis autem & nauibus equus eſt. Nam & poeta naues equos dixit. Et nos Neptunū Hippion, id eſt equeſtrem uocamus, & ſanè quam rationem in terra equus habet, eandem habet nauis in mari. Similis item exiſtit hero & operarū imperatori, & amico nutriēti, & omni baiulāti. Quomodo igitur equus eum qui ſomnium uidet fert, ſic etiam uxor, et amica, & herus, & amicus, & nauis, eundem tractabunt. Bigæ ſimiliter nihil à deſultorio equo differūt, exceptis ęgrotis, quibus mortem prædicunt, quemadmodū etiam currus quadrigari⁹ ſiue quadriga, quę & ipſę alia quidē æqualiter equo deſultorio ſignificant, uerū Athletis qui grauibus & magnis exercitijs exercentur, bonę ſunt, & uictoriam prædicunt. agitatione enim & impulſu utuntur. Curſoribus uero uictoriæ amiſſionem ſignificāt. Ait enim quodam modo ſomnium, ipſos nō ſufficientes eſſe quo proprijs pedibus utantur. Cæterū liberis mulieribus, ſimulq; uirginibus opulentis, currum per urbem agitare, bonum

eſſe

eſſe aſſero. bona em̄ ſacerdotia ipſis acqui-
rit, uerum pauperculis ſcortationem præ-
nunciat, ſi ſibi per urbem equis uectari ui-
deantur. Seruis autem libertatē, proprium
enim liberis hominibus eſt per urbē equi-
tare. In urbē equos agitare bonū eſt athle-
tæ & ægrotanti. ille enim ſacrorum certa-
minum uictor erit. hic uero non morietur.
At uero ex urbe agitare equos, utriſq; ma
lum eſt. hic enim efferetur. ille uero uictor
non erit. Currum autem per deſertum agi
tare, omnibus quicunq; hoc ſomnium ui-
derint, mortem annunciat nō ita longe in-
ſecuturam.

De pentathlo ſiue qnquertio. Ca. LIX

Q Vinquertium ſiue pentathlos, hoc
eſt quinq; gymnicorū certaminum
generibus exerceri, obſeruaui in o-
mnibus primū quidem peregrinationem,
aut motum ex loco in locum ſignificare, at
que id ob curſum. Deinde dānū aliquod,
aut intempeſtiuos ſumptus, aut expenſas
quaſdam præter animi ſentētiam, propter
diſcum, qui æreus exiſtens e manibus abij
citur. Sæpe uero & anxietates & curas ſu-
pra prædicta, ob ſaltus qui alterum admi
niculo

niculo fiunt. Exilire enim dicimus etiã eos qui in accidentibus derepente anguntur. Inſup uero & pugnas & contentiones aduerſus aliquos ſignificat, propter iacula, & ſtrepitum, & celeritatẽ, quæ uerbis contentioſis ſimilia exiſtũt. Poſtremum etiam de locis aut terra contra quoſdã litem, opulentis præſertim ſignificat, egenis aũt morbum, propter luctam. Horũ cauſſa ſequenti ſermone explicabitur.

De curſu. Cap. LX.

Vrrere curſum ſimpliciter, oĩbus bonum eſt, exceptis ęgrotis ubi uincere ſe putauerint, omnes eñ ad terminum propoſitum peruenient. Quapropter etiam ſerui liberãtur ex hoc ſomnio. Aegroti uero uita decedentes hoc modo ad metam uitæ perueniẽt. Diaulus autem curſus, qui duorum ſtadiorum circuitionem habet, hoc eſt ſtadium permenſum repetit, ac recurrit, eadem quæ ſtadium ſignificat, quorum ſingula ex dilatione & prolongatione inducere conſueuit, quẽadmodum Dolichus hoc eſt longus appellatus curſus, ex multis dilatiõibus excellẽter eadem facere ſolet. Solis autem mulieribus

dolichus

dolichus ſcortationem, & uitam meretri-
cariam præſagit.

De reprobatione. Cap. LXI

Reprobari & ordine moueri ſibi ui-
deri, omnibus malum eſt. Athletis
autem omnibus minime glorioſum
eſt, propter reprobationis ætatē. Viris ue-
ro improſperum rerum ac actionum ſuc-
ceſſum ſignificat, puerilis eſt enim ipſa re-
probatio. Atqui quū reprobari ſibi uideri
omnibus damnoſum ſit, inſuper etiā ægro
tantes occidit. Noui autem quendam qui
ſibi uiſus eſt in olympijs ordine moueri, et
in metallū damnatus eſt, propterea quod
ſacri certaminis iura non haberet.

De lucta. Cap. LXII

Luctari cum aliquo ſanguine iūcto
aut amico, ſeditionem aduerſus ip-
ſum aut cōtentionem ſignificat. In
his uero qui iam ſeditionem agunt, utrius
luctantis per ſomnium uictoria fuerit, hu-
ius etiam robur poſtridie præcellet, niſi de
terra pugnent. in eiuſmodi enim cōtrouer
ſijs & diſceptationibus, melius eſt cadere.
niſi quis ſit qui ex infernis detrahat, eius e-
nim qui terram tenet, etiam terra ipſa futu
ra eſt

ra eſt. Noui quendam qui ſibi uiſus eſt lu-
ctari, et ex digitis, duo alternatim, quod di
ci ſolet, faciendo, aduerſariũ deijcere. huic
contigit uictoria, acceptis literis ab aduer
ſario ſcriptis. At uero cum aliquo ignoto
luctari, pericula ob morbum inducit. Quo
modo enim luctator aduerſarium tracta-
re cupit, ſic etiam morbus ægrotum, nimi-
rum ad terrã demittere. Lapſo itaq; mors
imminet, deijciẽti uero ſalus. Inſuper & ui
rum luctari cum puero, nequaquã bonum
eſt. Si enim proſtrauerit puerũ, ſepeliet ali-
quem. Si uero à puero fuerit proſtratus, ſu
pra irritũ laborem, etiam ludibriũ & mor-
bum ſuſtinebit. & ludibrium quidem pro
pter conſequens. Morbum autem propte
rea quod à teneriore corpore eſt ſuperat9.
Verum puero bonum eſt cum uiro lucta-
ri, res enim magnas præter expectationẽ
aſſequetur. Sed tamen Athletę puerũ col-
luctari, nõ eſt bonum. Significat enim pue
ris reprobationem, & ex ordine emotio-
nem. Cum mortuo luctari, ęgritudinem ſi
gnificat, aut contentionem cum aliquo fi-
liorum aut hæredum ipſius mortui. Porrò
in luctando ſemp melius eſt hoſte deiecto,
uictorem ſibi uideri. De

De pugillatu. Cap. LXIII

PVgillatu decertare omnibus nociuum eſt, ſupra turpitudinē enim etiam damnum ſignificat. Nam & facies indecora inde fit, & ſanguis effunditur, qui argentum eſſe iudicatur. Bonū autem eſt ſomniū hoc ſolis his qui ex ſanguine uictum quærunt, nimirum medicis, lanijs, cocis, & uictimarijs.

De pancratio. Cap. LXIIII

PAncratium eadē quæ pugillatus ſignificat, damno excepto. Validiores enim ſeditiones inducit, ob pugnam. præſtat autem ſemper in utriſq; uincere. Quōcunq; porrò certauerit ſeruus in certamine ſacro, & uicerit, et coronatus fuerit, præconis uoce proclamatus libertatem aſſequet̃. Sunt enim hęc propria liberorum. Verum meminiſſe oportet, quod in ſacro certamine ſolū hoc cōtingit, nam in alijs non ſimiliter habet. Sed & alijs hominibus certaminum præmia, tum bona, tum mala ad finem perducūt, quum quis uſque ad coronam peruenerit.

De ſcu-

De ſcuto. Cap. LXV

QVod ſcutū appellatur, moras ac dilationes ſignificat: eſt enim ultimū, & in omnibus pręmium. Aegrotantibus idem hoc mortem portendit.

De balneo, & lauacro omnis generis. Cap. LXVI

VAlde ueteres lauari non malum eſſe iudicabant. Balnea enim non nouerunt, quandoquidē in labris domeſticis, Aſaminthis græcis appellatis, lauabātur. Poſteriores iam balneis exiſtentib. lauari malum iudicabant, itemq́ꝫ balneum uidere, etiamſi quis non lauaretur, & cenſuerunt ſanè balneum ſignificare quidem turbationem, propter tumultū qui in ipſo fieri ſolet. Damnū uero, propter ſudorem qui iſthic excerni ſolet. Inſuperq́ꝫ animę ſolicitudinem ac contentionem, propterea quod color & ſuperficies corporis in balneo mutatur in alium colorē. Et certè quidam noſtræ ætatis horum placita ſequentes, eandem iudicationem faciunt, errātes & experientiā nō animaduertētes. Quondam enim ueriſimile eſt balnea mala fuiſſe, quum non aſſidue homines lauarentur,

neq́ꝫ

neq; tot balnea eſſent, ſed aut à bello reuer ſi, aut magno labore trāſacto digreſſi lauarentur. Erat igitur ipſis balneū laboris aut belli monumētum, ſicut etiam ipſum lauari. Nunc uero alij non prius edunt, quàm lauerint, alij uero etiā accepto cibo lauantur, inde uidelicet ſumpturi cœnam. Et eſt nunc balneum nihil aliud quàm uia ad cibum. Proinde lauari in balneis pulchris et lucidis, & aerem temperatū habentibus, opulentiam & proſperitatem ſimul, ſanis & ualentibus ſignificat, ipſisq; ægris ſanitatem. Sanorum enim eſt lauari, & eorum qui eo opus habēt. Si uero quis lauetur frequenter, & debita hora, non tamen conuenienti modo, non eſt bonum ipſi, uelut ſi quis unà cum ueſtimētis in calidam ingrediatur, morbum & magnas ſollicitudines ſomnium ipſi præſagit. Aegrotantes enim induti ingrediūtur. & de rebus magnis ſolliciti, etiam in ueſtibus exſudant. Malum eſt & pauperi, ſi cum multa curatione, & multis ipſum tractantibus lauetur. Morbum enim longum ipſi annunciat. Neq; enim alias pauper multis ipſi miniſtrātibus lauatur. Similiter autem & diuiti malū eſt,

ſi ſolus lauetur. In cõmuni uero omnibus abſurdum eſt non poſſe exudare, aut bal-neum ſub diuo paratũ uidere, aut ueterem formam perdidiſſe, aut aquam in ſolijs nõ reperire. hoc enim omnino abſurdum eſt. Et quæ quis ſperat, nõ perficiet, & præſertim ſi ĩ turba, aut ex turba ſperet. Noui autem quendam citharœdum qui Smyrnæ certamen Adriani decertaturus erat, & uiſus eſt ſibi dum lauaret aquã in balneo nõ reperire, & contigit ipſi ut deprehenderetur, uelut qui certamẽ corrupiſſet, & mulctaretur, & à certamine eijceretur. atq; hoc erat quod ſomnium ipſi ſignificabat, nõ inuenturũ uidelicet eſſe quod quęrebat, balneo theatrum ſignificante. Aquis calidis: naturalibus inquã: lauari ægrotis quidem ſanitatem, Sanis uero actionũ impedimentum & ociũ ſignificat. Aut enim ſe recolligentes à morbo, aut ocioſi, ad calida lauacra proficiſcũtur. Bonum aũt eſt & in fontibus, & in ſtagnis, & in ſaliẽtibus, & in fluminibus, puram ac perſpicuã aquam habentibus lauari, ſed non natare. Nam natare omnibus malum eſt, & periculi & morbi ſignum. Cauſſam refert Panyaſis Hali-

carnaſſeus

carnaſſeus diligẽter in hac parte uerſatus. Strigiles & inſtrumenta deſtringẽdi ac detergendi, ſeruos ſignificant. Quare ſi quis ex his aliquod p ſomniũ perdiderit, mancipium perdet miniſterio cõmodum. Priuatis autem ſtrigiles damnum præſagiũt, propterea quod ſudorem deradũt, & corpori nihil apponunt. Aliquando etiã amicam inſinuauerunt. Idem enim amica corpori admota facit. Lecythus autem in quo oleum, & xyſtrophylax in quo ſtrigilis ſeruatur, alijs uxorem domum ſeruãtem, aut fidelẽ, aut etiam famulã ſignificat, alijs uero etiam famulũ frugi & cõmodum.

De cibo & potu. Cap. LXVII

D E cibo et potu tractaturi, neceſſario diſtinguimus claræ doctrinæ gratia, ut ne arida cum humidis & liquidis cõfundamus, ſed & liquidorũ ſimulq; aridorum qualitatem ſeorſim ſingulorũ explicabimus, & primum de liquido alimento dicemus.

De potu. Cap. LXVIII

A Quam bibere frigidã omnibus bonum eſt, aqua uero calida morbos & impeditas actiones ſignificat,

 his qui

his qui in cõſuetudine habent aquam po-
tare. Nõ enim ſecundũ naturam habet ca-
lida aqua. Vinum bibere modicũ, non in
magnis poculis, & non inebriari, bonum
eſt. Videtur autem mihi oportune uſurpa-
ri poſſe illud Xenophontis Socratici.

Vinum triſticias, uelut Mandragoras dolores ſopit, beneuolentias autem, uelut oleum flammam excitat. Atq; ea gratia additũ eſt, modicũ bibere ſibi uideri, quandoquidẽ multũ & ĩmoderate bibere, multorum malorũ cauſſa eſt omnib. ex æquo. Hic uero recte qs Theognid. illud dixerit.

Vinũ potatũ multũ, malũ: at hauriat ipſũ
Si qs prudẽter, nõ malũ, at hĩc bonũ erit.

Ego uero non ſolum multum uinum bibere, malum eſſe dico, ſed etiam inter multos potores uerſari. Sequitur enim ſemper ad ebrietatem contumelia, ex qua ſeditio belli mater generatur. Vinum mulſum & melimelum & hydromelum, & uinum Myrtites, omneq; aliud præparatum uinum bibere diuitibus quidẽ bonũ eſt, ob delicias. Pauperibus uero malũ. Non enim prius appetunt huiuſmodi potiones, q̃ à morbo cogãtur. Acetũ bibere ſibi uideri, ſeditio-

nem ad-

nē aduerſus domeſticos ſignificat, & hoc ob corporis contractionem. Garum bibere phthiſim ſignificat. Eſt enim garum nihil aliud quàm putredo. Oleum bibere, uenenum quoddam aut morbum ſignificat. Semper autem bonum eſt ſitientem bibere. Verum non reperire quod quis bibat, & ad fluuium, aut fontem, aut puteum uenire, & non inuenire aquam, nihil pro uoto & cupiditate efficere ſignificat: ſitire enim nihil aliud eſt, quàm concupiſcere, bibere autem, quietem & ſedationem cōcupiſcentiæ habet, quod eſt nācïſci. Quin & hoc conſiderare oportet, quod ex poculis aurea, & argentea & teſtacea, omnibus bona ſunt, & multæ ſecuritatis ſignificatiua exiſtunt. partim ut ex materia ſolida, partim ut ex familiari & conſueta. Inſuper & cornea, tū propter antiquitatē, tum quod infracta ſint, bona ſunt. Vitrea uero mala, propter materiam exiſtunt, quandoq; uero & pericula annunciāt, propterea quod facile franguntur, & occulta reuelant, propter perſpicuitatem. Eſt autem & alia quędam ratio nō male etiā ipſa habens. Quod uidelicet pocula ſignificēt eos quos labijs

admouemus: quum itaq; franguntur, ali/ quem ex his moriturum eſſe indicāt, ſi ue/ ro quis ſolitarius ſit, illi ipſi mortem præſa giunt. At uero hoc ego ipſe in nauigantib. obſeruaui, q uidere poculum frangi, nau/ fragium ſignificat. Atq; hæc quidē igitur uetus eſt diſcriminatio, nūc uero ſæpe eue niens, etiam ad nos eiuſmodi ſomniū per/ uenit. Sunt quædam pocula anguſti oris, nō ita dudum ab hominibus inuenta, hæc ſi frāgantur, omnis tribulationis & angu/ ſtiæ ſolutionem pollicentur.

De oleribus. Cap. LXIX

Onſequenter de alimēto ſicco uer ba facturi, initium ab oleribus ſu- memus. Quæcunq; olent à come/ ſtione, occulta reuelant, & aduerſus coha bitantes odium operantur. uelut eſt rapha nus, ſeris, porri ſectiui. Quę uero deradun tur, & cruda comeduntur, damnum ſigni/ ficant, propter ſuperfluitatum reiectionē. Lactucæ autem & ſi quod aliud ſimile eſt olus, uelut etiam ea ſpecies quæ picris ap/ pellatur, tum propter ſpinoſitatē, tum ob acumen, dolores ſignificāt, & rerum agen darum difficultatē, propterea quod ægre conco/

concoquuntur: ſunt enim minimi hęc ipſa alimenti. Betæ, malua, rumices, oxylapa/thũ, atriplex, ſolis obæratis bona ſunt, propterea quod uentrem turbant, & inſiden/tia ipſi ſtercora ſubducãt. proprie em̃ uen/ter & inteſtina creditorib. ſimilia exiſtunt. Capitata aũt olera & paſtinaca, et quęcunque probe nutriunt, cõmoditatum ſignifi/catiua ſunt, ſolis uero his qui de terra liti/gant cõtraria ſunt. radicitus enim euellun/tur. Braſſicæ nullius utilitatis exiſtunt. Maxime autẽ cauponibus, & uinitoribus, & omnib. dionyſiacis artificibus, malæ ſunt: quoniam uitis ſoli braſſicæ non circunpli/catur. Ex albis appellatis oleribus, rapum & napi, et cucurbita, uanas ſpes ſignificãt. Sunt em̃ hæc omnia magnæ molis, & nullum alimentum ſufficiũt. Aegrotis autem & uiatoribus conciſiones & diſſectiones per ferrum imminere ſignificant, propte/rea quod talia cõcidantur. Cucumeres autem etiam circũciſi ægrotis boni ſunt, propter humiditatum excretionem. Pepones ad amicitias quidem & concordias boni ſunt. Pepon enim dilectũ & amabile poe/tæ uocant. Verum ad alias actiones ineffi

caces exiſtunt. Nam & exolutum pepon appellatur. Cepas & allia edere malũ eſt, habere autem bonum. Solis uero ægrotis cepæ diuerſos euẽtus habẽt. Tametſi Alexander Myndius, ualidis quęſtionibus de ipſis motis, finem minime attigit. Verum ego ſic ſentio. Si quis multas cepas edere ſibi uideatur, & forte ægrotet, cõualeſcet. Si uero paucas, morietur. Qui enim moriuntur parum lachrymantur. Qui uero lugent, multum itemq́ diu.

De leguminibus. Cap. LXX

Legumina omnia mala ſunt, præter piſum, propter nomen. eſt eñ perſuaſionis quæ peitho grecis appellatur, ſignificatiuũ, nauium præſertim gubernatoribus & rhetoribus: illis enim gubernacula, his iudices obedient. Faba freſa & ipſa integra faba, ſeditionem ſignificant, illa ꝓpterea quod fracta ſit, hęc quod flatum abſurdũ gignit. Nec ſolum ea gratia, ſed quod etiã ab omni feſtiuitate ac ſacrificio excluſa ſit. Lenticula luctum præſagit, & ptiſana laborem. propterea quod difficulter conteratur, & ægre concoquatur. Milium & panicum, & zea, pauperta

tes &

tes & egeſtates ſignificant, Soliſq; his qui ex turba rem & uictum ſibi comparant bona ſunt. Alica uero & Tragus quoniam probe nutriunt, ob id etiam lucroſi ſunt, quandoquidem uero cum labore fiunt, labores excellentes ſignificant, pauperi uero morbum. Seſamum & lini ſemen & ſinapi, ſolis medicis bona ſunt. Reliquis acres labores inducunt, & occulta reuelant.

De panibus. Cap. LXXI

PAnes cōſuetos edere ſibi uideri, bonum eſt. Conuenientes autem ſunt pauperi quidem panes ſordidi. Diuiti autem omnino puri. Quod ſi uice uerſa uidere contingat, non modo non boni ſunt; ſed etiam mali. puri enim pauperibus morbū, Sordidi opulentis deſperationem ſignificant, aut certe ea quæ nunc ſperantur nō perficiūt. Panes ordeacei omnibus boni ſunt. Primū enim cibum hunc hominibus à dijs datū eſſe proditur. Farinæ aūt & polentæ eadem quæ panes ſignificant, uerum minora & tardiora.

De Carnibus Cap. LXXII

CArnes quas quis edit & parat, bonæ obſeruatæ ſunt, paucis exceptis.

Ouillæ enim omnibus abſurdæ ſunt, & lu
ctū domeſticū portendunt. Sunt eñi oues
nihil aliud ꝙ̃ hoĩes, ex his aũt uiuentibus
carnes nõ fiũt. Quin & bubulæ malę ſunt,
propterea quod ęgre cõteri poſſunt, et par
uum quæſtũ, ob uilitatẽ ſignificãt. Seruis
uero tormẽta, propter lorũ & flagrũ tauri/
nũ. Eis uero qui in tẽpeſtate uerſant̃ bonæ
obſeruatæ ſunt, Verũ alijs lucri quidẽ pri/
uationẽ ſignificãt, pericula aũt diſſoluunt,
propterea qđ animalia tẽpeſtati apud græ
cos cognomina & ęquiuoca, ſublata & oc
ciſa ſunt, quãdo ſane alias nõ comederent̃.
Quibuſdã uero propter oſſa, paruũ lucrũ
exhibẽt. Optimæ omnib. ſunt carnes por/
cinæ, atq; id ueriſimiliter. Porcus enim ui-
uus nullius utilitatis hominibus exiſtit, ma
ctatus uero magis alijs animalibus nutrit.
Reliqua aĩalia meliora ſunt uiuẽtia q̃ ma/
ctata. Sed ſuillas carnes aſſatas edere, oĩno
bonũ eſt. accedit aũt & celeritas utilitatib.
propter ignẽ. Quæ uero ſimpliciter coctæ
ſunt, tardius eaſdem utilitates præſagiunt.
Cõditæ aũt probe à cocis, cũ moleſtia aut
unà cũ ſumptibus utilitates ferũt. Nequaq̃
uero crudæ comeſtæ carnes bonæ ſunt, p/
ditionem

ditionẽ em̃ cuiuſdã ex rebus noſtris ſignifi
cat. Nã noſtra natura crudas carnes ſupare
nõ poteſt. At uero maximũ & excellenter
bonum eſt, uelut ego obſeruaui, humanas
carnes edere, hoĩs non familiaris, neq; do-
meſtici. Nã q cuiuſdã domeſtici carnes e-
dit, eũ de quo edit defodiet, & ipſe nullius
magnæ rei gratia ijſdẽ ueſci ſuſtinet, ueriſi
mileq; eſt eũ id præ magna inopia facere,
queẽadmodũ in bello & fame fieri ſolet, ut
ad tales cibos perueniamus. Inauſpicatiſſi
mũ aũt omniũ fuerit, proprij filij carnes e-
dere, cõpendiariũ em̃ interitũ præſagit. Ni
ſi ſanè qs ſe de his filij partib. edere putet,
è qbus uictũ ac rẽ filius parat. uelut ſi cur-
ſoris, pedes, aut artificis manuarij, manus,
aut luctatoris, humeros comedat. Tũc em̃
filio quidẽ opulentiã, patri uero fructũ &
utilitatẽ ex filio ſomniũ prædicit. Si porrò
aliorũ hoĩm carnes edant, bonũ eſt. Quũ
em̃ mutuo iuuãt hoĩes, quodã modo ſe ĩui-
cẽ comedũt. Pręſtat aũt ſemp uirorũ q̃ mu
lierũ carnẽ edere, et puerorũ q̃ ſeniorũ. At
uero auicularũ & anſerũ carnes edere, oĩb.
bonũ eſt. Afferũt aũt auiculæ utilitates ex
fœminis, aut litib. ꝓpterea q̀ ex fœminis
ſunt

ſunt tranſmutatæ, aut quod blandæ ſint ali
tes. Anſerinæ uero à uiris petulantibus & ſuperbis. Bonum eſt etiam omnis feræ carnes edere, multam enim ex inimicorum ſubſtantia & opibus utilitatem ſignificat. Qualium autem inimicorum, oſtenderit ipſa comeſi ſpecies ac forma, de quibus in ſermone de uenatione mentionem faciam. Bonum eſt & piſces edere, maxime aſſatos, neq; minus alios legitime præparatos omnes, exceptis paruis: hi enim multũ ſpinarum habentes, eſu ſuo nequaquam utilitates ſignificãt, uerum inimicitias aduerſus familiariſſimos, & ſpes uanas. Cæterũ particulatim de piſcibus in ſermone de piſcatura exacte explicabo.

De ſalſamentis, & ſalſis carnibus Cap. LXXIII

S Alſamenta, et omnes carnes, itemq; piſces ſalſi, in propoſitis quidẽ moras ac dilationes ſignificant. Sale enim diutius hæ carnes adſeruantur. In alijs uero tabem ac triſtitiã, ſæpe uero etiam morbum ſignificant, propterea quod à ſale tales colliquefactæ ſunt, & aliquo modo conſumptæ.

De pla-

De placentis Cap. LXXIIII

P Lacentæ quibus caſeus non eſt admixtus, bonæ ſunt. Quæ uero caſeum receperunt, dolum & inſidias ſignificant. hæc enim & ipſe caſeus portendit. Placentæ autem coptæ dictæ tum ex ſeſamo, tum ex tritico coactæ, ſeſamides & pyrami græcis appellatæ, omnibus bonæ ſunt, maxime his qui litẽ habẽt. Erat enim apud ueteres pyramos uictorialis. In reliquis placentis quæ in feſtiuitatibus ac ſacrificijs confici ſolent, iudicationes ex ratione feſtorum faciendę ſunt. Cæterum de capparibus, & oliuis, & omnibus oleribus repoſititijs, item de intritis quæ hypotrimmata græcis appellantur, deq́ omnibus conſimilibus, ultrò hic dicere præterijui, ut de quibus cõſtet, quod bona nõ exiſtãt.

De fructibus Cap. LXXV

M Ala uerna dulcia & matura, & uidere et comedere bonum eſt. Multam enim uenerem & iucunditatem ſignificant, his præſertim qui de uxore aut amica curioſi ſunt. Hæc enim in ueneris tutela exiſtunt. Acida autem mala ſeditiones & contẽtiones ſignificant, Sunt enim Liti

dicata

dicata. Hyemalia uero cydonia appellata, triſtitiam inducunt, ob adſtringendi facultatem. Amygdalæ, & nuces, & auellanæ, tenues ſiue paruæ nuces græcis dictæ, & quæcunque confringuntur, turbationes ob ſtrepitum ſignificant, & triſtitias, propterea quod ex natura amara exiſtant. Noui aũt quendam pręminentis loci ac ſumptuoſi ueſtitus uirum in græcia, qui ſibi uiſus eſt per ſomnium ab aliquo nucem accipere, & ubi iam expergefactus eſſet, contigit ut nucem manu teneret, quam per ſomnium uiderat. huic euenerunt multa quidẽ alia mala, ad finem uero infamis ac ignominioſus factus eſt. uerum huic ob ſcelera & impietatẽ, huiuſmodi ſomnium, uelut monſtrum, in tam magnos euentus euaſit. Ficus circa propriũ tempus bonæ ſunt, & ex his albę nigris iucundiores. Verũ extra tempus oportunũ apparentes, calumnias & detractiones prędicũt. συκάζειν enĩ quaſi dicas ficare, ueteres græci calumniari dicebant. Solis uero his qui ſub dio operantur, albæ ſerenitatẽ, nigræ tempeſtatem & hymbrem ſignificant. quandoquidem per has aliud nihil denunciatur animæ, quàm

qualis

qualis conſtitutio aeris ſit futura. Vua aūt & extra tempus oportunum bona eſt, & tempore proprio cōſpecta, Vt plurimum uero utilitates per mulieres, aut ex mulieribus ſignificat, apertas quidē alba, occultas uero nigra. Mala punica uulnerū ſunt ſignificatiua, propter colorē, & tormentorum, propter ſpinas, & ſeruitutis & ſubiectionis, propter ſermonē qui fertur Eleuſine. Perſica, & prǣcocia, & ceraſa, omniaq́ꝫ ſimilia, exceptis moris, temporaria uoluptates & deceptiones ſignificant: Extra tempus oportunum, uanos labores. Mora autem eadem quæ mala punica portendunt, de fructu ſanè loquor. Nam arbor progeniem eius qui ſomnium uidit ſignificat. Vnde ſi florida exiſtat, bonum quid futurum prædicit. ſi uero radicitus euertatur, progeniem eiuſdem peſſundat. Pira ſatiua bona ſunt. horum enim fructus etiam reconditus & adſeruatus, integer & nō putreſcens permanet, & ſi etiā ſtatim edatur, ſupra alimētum etiam uinoſum quiddam habet. Scioq́ꝫ ex ipſis aliquas gentes etiam potum præparare. Pyra ſylueſtria & piraſtra ſolis agricolis conferūt, alijs iniucūda

exiſtunt

exiſtunt. Porrò de pauonibus & gallis, in ſermone de animalibus dicemus. Oportet autem exempla eorum de quibus dictum eſt, ſic propoſita habere, ut ex ipſis de eis quæ non ſunt ſcripta coniecturam facia- mus, ratione iuxta ſimilitudinē tranſlata.

De uaſis ac reliqua ſupellectile
Cap. LXXVI.

Quandoquidem ad ſermonem de cibo & alimēto, ſequitur ſermo de uaſis domeſticis ac reliqua ſupellectile, iuſtū arbitror & de his dicere. Habet aūt hoc modo. Pocula quidē quemadmodum antea dictum eſt, uitam ſignificant. Patinę uero & paropſides ipſum uitæ actū ac ductum, qualis ſanè focus eſt, ſignificant. Accipere aūt eiuſmodi oportet à ſumptuoſitate, aut ab eo quod maiora facta ſunt ex minoribus, aut minora ex maioribus, aut ex integris fracta, aut ex fractis integra. Ita ut permutationem in melius, bonam iudicemus, in peius uero, contrariam & malam. Eadem ratio & in aliȷs uaſis ſeruetur. Candelabrum uxorem ſignificat. Lucerna domus principem, & ſpiritum eius qui ſomniū uidit. Aut quod ea quæ intus ſunt

inſpiciat

inſpiciat, aut propter facilẽ extinctionem. Significat etiam amorem, propter ſplendorem. Tripes & focus uitam ſignificant, & totam conſtitutionẽ, & uxorem. Quicquid igitur patietur tripes & focus, ad illa damnum referendum eſt. Menſa autem à tripode nihil differt, ſicut neq; aliud quodcunq; uas, in quo quis cœnat. Puluinus & lectus, omniaq́; ad cubile pertinentia, uxorem eius qui ſomnium uidit ſignificant, & totam uitam, Idem etiam grabatum & ſcabellum ſignificat. horum aũt pedes famulos deſignant. Clauiculorum uero externa pars proprie uxorem, Interna uirum ſignificat, pars ad caput liberos maſculos. pars ad pedes, fœmellas. Eodem modo cum clauiculis & parietes lectorum diſtinguãtur. Sextarij, ſeruos. Amphoræ, miniſtros, fulcra menſæ, Trapezophori græcis dicti, œconomos ac uillicos. Vaſa frumentaria, cuſtodes penus in domo ſignificant. Similiter etiã ipſum promptuarium. Ancones & cubiti ſiue angulorũ flexus, oĩaq; quæ applicãtur, ornatũ uitæ ſignificãt. Ciſtæ & turriculæ, & theſaurariæ, uxorem eius qui ſomniauit deſignant, propterea quod res

 precioſiſſi-

precioſiſſimæ eis concredãtur. Stragulorũ faſciculi & inuolucra, pellices aũt libertas ſignificãt. At uero de aliijs uaſculis ac ſuppellectile longum eſſet dicere. Quare petimus ab his quibus libri hi obueniẽt, ut nõ citra experimentum legãt, & ex ſeipſis aliquid ſtudioſe affingere conentur.

De unguentis Cap. LXXVII

Vngentis illini, mulieribus omnibus bonum eſt, prçterquam adulteris. Viris uero pudefactionem portendit, exceptis his quibus conſuetudo eſt ungento delibutis eſſe.

De ſaltatione, & pyrricha, & cantilenis Cap. LXXVIII

SAltare ſibi uideri intus apud ſeipſum, domeſticis ſolis præſentibus, nullo externo adſiſtente & ſpectante, omnibus ex æquo bonũ eſt. Sed & uxorem ſuã, & filios, & aliquẽ ex cognatis uidere ſaltantẽ, bonũ eſt. Lætitiã enim multã & rerũ abundantiã ſignificat, Quũ nõ ſaltent prius homines, ꝙ principi parti, uelut domino ſeuero ac crudeli, penſionem perſoluerint. Tunc aũt ſaltant, & corpora expandunt. At uero ægrotanti homini, tum uiro

uiro, tũ mulieri, malũ eſt. Propter multam enim motionẽ ſaltatiõis, deſipientiã & delirium ſignificat. Malũ eſt & ei qui ægrotũ aliquẽ habet. Eadẽ enim quæ anxius ſolet, & patitur & facit is qui ſaltat. Cæterũ peregrinis et alienis hominibus pręſentibus, multis ſiue paucis, ſaltare ſibi uideri, aut quendã ex proprijs ſaltantẽ uidere, nemini bonum eſt, neq; ſano, neq; ægroto. alteri enim quiſpiã intra domum morietur. alter in ſaltando magnopere turpiter ſe geret. Puerulũ aũt ſaltantẽ uidere, ſurdum ſimul ac mutũ puerulum fore ſignificat, quo uidelicet nutibus indicet quæ ſignificare uelit. In theatro ſibi uideri ſaltare, cõpoſitum ad hoc, & alio apparatu inſtructũ, probariq; ac laudari, pauperi quidẽ opulentiam ſignificat, ſed non uſq; ad ſenectã. Regias enim perſonas exprimit ac imitat̃, & multos miniſtros habet ſaltator, Verum poſt actũ et finitũ drama, ſolus relinquit̃. Diuiti uero turbas quaſdã, aut lites plurimas prędicit, propter uarias dramatũ ĩplicatiões. Mulieri aũt neq; diuiti neq; pauperi, bonũ hoc ſomniũ obſeruatũ eſt. Magnas enim & famoſas turpitudines cõmittent. Quo-

modocunq; autẽ ſaltauerit ſeruus, & quo-
cunq; loco, multas plagas accipiet, & naui
gans aut naufragium faciet, aut etiã ſolus
elapſus natabit, atq; ille quidẽ uapulans,
hic uero natans, toto corpore mouebitur.
Atqui uiro captiuo bonum eſt ſaltare, libe
rabitur enim propter motus facilitatem &
corporis laxitatẽ. Si uero quis in alto ali-
quo loco ſaltet, in timorẽ & terriculamen-
ta incidet. Quod ſi is malefactor ſit, crucifi
getur, propter altitudinẽ, & manuũ exten-
ſionẽ. Pyrrhicha ſaltatio eadẽ quæ ſaltatio
aliâs ſignificat. Trocho ludere, aut gladijs
circumuolui, aut in caput deuolui, mani-
bus ac pedibus adductis his qui hæc in cõ
ſuetudine habent non malum eſt. Reli-
quis ad extremum periculum progreſ-
ſum præſagit. Idem adhuc magis hos lu-
dos exercentẽ uidere denunciat. Mimolo-
gi qui hominum ſermones ac mores ridi-
cule exprimere conantur, omnesq; qui ri-
ſum hominũ captant, deceptiones & inſi-
dias ſignificãt. Verum idẽ facere, riſum cõ
citare, homines ridicule imitari, perſonam
agere, decipere aliquos ſignificat. Cantile-
nas ſibi uideri canere, atq; id bene & cõcin
ne

ne,tum cantoribus,tũ muſicis,omnibusqꝫ alijs bonũ eſt. Verũ male & nõ conſonanter canere,improſperi rerũ ac actionũ ſucceſſus ac paupertatis ſignũ eſt. Quãdo uero cantilenas ipſas quis memoria tenuerit, ab ipſis cantilenis iudicationẽ facere oportet. Canere in uia bonũ eſt,præſertim ſi ꝗs iugũ ſequatur. Verũ in balneo canere,bonum non eſt. Illud enim decenter & hilariter uitã tranſacturũ eſſe ſignificat. Hoc uero,nõ clara uoce uſurũ eſſe:multi uero etiã in uincula ex hoc ſomnio dãnati ſunt. At uero in foro aut plateis cãtiones modulari, diuitibus quidẽ turpitudinẽ & deriſiones præſagit.Pauperi uero inſaniam.

De coronis omnis generis. Ca.LXXIX

COrona cinctũ eſſe ex floribus facta, in uniuerſum quidẽ et ſummatim ſi tẽpeſtiui ſunt flores,bonũ eſt. Si intẽpeſtiui,malũ. Quãdo uero maioris claritatis gratia neceſſariũ eſt de ſingulis dicere,hinc initiũ ſumam. Coronæ ex narciſſo factæ,omnibus malæ ſunt, etiã ſi tẽpeſtiue uideãtur, atqꝫ hoc maxime propter hiſtoriã, quæ de Narciſſo fertur, præſertim his qui ex aqua, aut per aquã uictum ſibi pa-

rant,& nauigaturis. Quæ uero ex uiolis fa
ctæ ſunt,iuxta oportunũ tẽpus bonę ſunt,
præter tẽpus uero malę.Et ex his ſanè quæ
albis uiolis conſtãt, manifeſtas & inſignes
incõmoditates ſignificãt, quæ ex croceis,
minus inſignes, quæ ex purpureis, etiam
mortẽ portẽdunt. Habet enim purpureus
color conſenſum quendã ad mortẽ. Coro
næ ex roſis iuxta tẽpus oportunum,omni-
bus bonæ ſunt:exceptis ægrotis,et his qui
latere conantur.Illos enim occidunt, pro-
pterea quod facile marceſcunt. hos uero
manifeſtant,propter odorẽ. Vbi uero etiã
hyeme roſis uti datur, ibi ſemper ut de bo-
nis iudicare oportet. Quæ ex Amarãto fa-
ctæ ſunt,omnibus bonæ exiſtunt,& maxi
me lites agentibus, quoniã immarceſcibi-
lem penitus propter nomen ſuum, colorẽ
ſeruant. Aegrotantibus aũt hæ ipſæ malæ
ſunt.Nam aut tẽplis aut dijs dicatæ ſuſpen
duntur,hominibus uero raro. Coronæ ex
lilijs cõcinnatæ,res in ſpes differũt ac pro-
latant. Ex Siſymbrio autẽ & Amaraco,&
rumice,& Phrygio,et Helenio,et Fremio,
& Samſucho, coronas circundatas habe-
re,omnibus malum eſt. Vt plurimũ enim
morbum

morbum ſignificant. At uero Maluæ flos, itemq́; rhododaphnes, hortulanis & agri/colis ſolis bonus eſt. Reliqs labores & pe/regrinationes ſignificat. Eadē ſignificatio & thymi, & epithymi, & meliloti eſt, exce/ptis medicis, quibus bona exiſtūt. Apij co rona ægrotos occidit, & ferè eos qui aqua inter cutē laborāt, propter frigiditatem & humiditatē, & quod certamini ſepulchra/li hæc corona dicata ſit. Athletis aūt bona eſt, reliquis abſurda. Palmæ & oleæ coro/næ, mulierū liberarum nuptias conciliant, propter nexū. liberos etiā præſagiunt diu/turnos & longæuos, propter perpetuā flo riditatē, & filium quidē palma, filiā uero olea. Conferunt etiā principatū appetēti/bus et athletis, & pauperibus, hos em̄ opu lentos, illos uero confidētes & intrepidos faciunt. Seruos etiā liberāt, propriæ enim liberorū ſunt coronæ, & præſertim quum à certamine ipſas accepiſſe ſibi uident. Oc culta aūt reuelāt, propter coronarū celebri tatē. Eadē ſignificatio coronę quernę exi ſtit, itēq́; laureæ. Myrtea uero eadē quæ o/leacea ſignificat. Verū agricolis magis cō/modat, propter cererē: & mulieribus, pro/

pter Venerem. Eſt aũt cõmunis utriq; deę hæc planta. Coronæ cereæ omnibus ma/ læ ſunt, maxime uero ægris. Quoniam & mortem poetæ κῆρα uocant. Quæ uero ex lanis factę ſunt, propter uarietatẽ, uenena ac uincula ſignificant. Ex ſale autẽ aut ſul/ phure aggrauationem ex aliquibus ſuper eminentibus ſignificant. Sunt enim natu/ ra graues, & nihil iucundi habentes. Co/ ronam auream habere ſibi uideri, malum eſt ſeruo, niſi etiam ſimul ea quæ ad coro/ nam pertinent habeat, purpuram dico & comitatum. Malum eſt & pauperi, pro/ pterea quod eſt præter dignitatem. Proin/ de ille quidem torquebitur, ueriſimile eſt autem & hunc tormenta ſubiturum eſſe. Aegrotãti uero compendiariam mortem pręſagit. Pallidum enim eſt aurũ, & graue, & frigidum, & propterea morti ſimile exi/ ſtit. Reuelat etiã occulta, penitus enim cõ/ ſpicuũ eſſe oportet eum qui coronã aureã geſtat. Cæterũ opulẽtis, & tribunis plebis, & his qui principatũ aſſequi meditantur, hanc coronã cõmodam eſſe obſeruaui per ſomnium oblatam. Corona uitis & hede/ ræ, ſolis Dionyſiacis artificibus confert.

reliquis

reliquis uincula ſignificat,propter pampi nos retortos,et hederę amplexus.aut morbum, eadē gratia. Malefactoribus aūt decollationem portendit,propterea quod eiuſmodi ferro reſecentur. Cepis coronatū eſſe uideri,ei qui ſomniū uidit prodeſt,uerum his qui circum ipſum ſunt,obeſt.

De coitu & rebus uenereis. Cap. LXXX

IN tractatu de coitu uenereo ſi q̄s optimam diſtinctionem facere uelit, primum ſanè de coitu ſecūdum naturam, & legem, & conſuetudinem dixerit. Deinde de eo qui præter legem eſt. & tertio loco de eo qui eſt præter naturā. Et primum quidem de coitu ſecundum legem hoc modo res habet. Vxori ſuę miſceri uolenti,& appetenti, & non repugnanti, omnibus ex æquo bonum eſt. Eſt enim uxor,aut ars eius qui ſomniū uidit,aut negociatio,ex qua uoluptates comparat,aut cui pręeſt & imperat,uelut etiam uxori. Significat igitur ſomnium utilitatem ex talibus, delectantur enim homines rebus uenereis. delectanturq́ꝫ etiam utilitatibus. Si uero repugnet uxor, aut ſe non exhibeat,

contraria ſignificat. Eadem ratio & amicæ
eſt. At uero meretriculis in lupanari pro-
ſtātibus miſceri, paruam pudefactionem,
& modicum ſumptum ſignificat. Nam &
pudefiunt ſimulq́ ſumptus faciunt homi
nes has accedentes. Verum ad omnem ag
greſſionem commodæ ſunt, etenim à qui-
buſdam quæſtuariæ dicuntur, & nihil ne-
gantes ſeipſas exhibent. Bonum autē fue-
rit ingredi lupanaria & exire. Quoniā exi
re non poſſe malum eſt. Noui ego quen-
dam, qui uiſus eſt ſibi ingredi in lupanar,
& egredi nō poſſe, & non ita poſt multos
dies mortuus eſt, rationabiliter hoc ipſi e-
ueniente. Cōmunis enim locus ille uoca-
tur, ueluti etiam is qui mortuos ſuſcipit. &
ſane multorū ſeminum humanorū iſthic
contingit corruptio. Meritò igitur locus
ille morti ſimilis eſt, ipſæ tamen mulierculæ
læ nihil cum loco cōmune habent. Ipſæ e-
nim bona ſignificant, locus autem non eſt
bonus. Quare uagabundæ meretrices cō-
modiores ſunt, ſi per ſomnium uideantur.
Bonæ ſunt etiā in officinis deſidentes, uen
dentesq́ aliquid & mercimonia ſuſcipien
tes, tum ſi uideantur, tum ſi miſceantur. Si
uero

uero quis mulierem ignotam ſe inire exi/ ſtimet, ſi quidem formoſa fuerit & gratio/ ſa, ſupellectilẽq; habuerit ueſtium precio/ ſarum & mollium, & moniliũ aureorum, & ſeipſam exhibuerit, bonum eſt ei qui ſo mnium uidit, neq; paruum actionũ euen/ tũ promittit. Si uero anicula fuerit, aut tur pis, aut etiam deformis, & malis ueſtib. in- duta, in triſtitia uitam deget. Et ſi non exhi buerit ſeipſam, contraria prioribus ſignifi cat. Oportet enim opinari mulieres igno/ tas imagines eſſe actionum obuenientium ei qui ſomnium uidit. Qualis igitur fuerit mulier, & quomodo affecta, taliter etiam actio afficiet ipſum ſomniatorẽ. Seruę pro priæ & ſeruo proprio miſceri, bonum eſt. Sunt enim ſerui poſſeſſiones eius qui ſom niauit, quapropter ſignificãt ipſum ex pro prijs poſſeſſionibus uoluptatem perceptu rum eſſe, ut ueriſimile ſit ipſas ampliores & precioſiores euaſuras eſſe. Iniri à ſeruo bonum nõ eſt, cõtemptũ enim ſignificat, & damnum ab ipſo famulo. quæ ſignifica tio item fratris exiſtit, ſiue iunior ſit q ſub/ agitat, ſiue ſenior. Nec aliud iudiciũ de ini mico ferendum eſt. Mulieri notæ & fami/

liari

liari miſceri, ſi quidem amãter erga ipſam affectus fuerit, eamq́ appetiuerit qui ſom niũ uidit, nihil prædicit, propter intentam concupiſcentiã. Si uero mulierem nõ con- cupierit, bonum eſt ipſi, ſi mulier opulenta fuerit. Omnino enim aliquid commodi ſi bi ab ipſa comparabit, aut per ipſam mulie rem, quã uir uidit. Quę enim corpus ſuum alicui exhibet, meritò etiã ea quæ circum corp⁹ ſunt exhibuerit. Sæpe uero huiuſce- modi ſomnium oblatum, etiam in arcanis mulieris, eum q uidit iuuit. Exhibet enim ſe eiuſmodi mulier hoc modo, ut etiam ſe- creta reuelet. Cæterũ maritatam & iuxta leges nuptam inire, non eſt bonũ, propter legem. Qualibus enim pœnis lex ſubijcit deprehẽſum in adulterio, ijſdem etiam ſo- mnium obijcit. Iniri autem à quopiam fa- miliari, mulieri quidem iucundum & uti- le eſt, quicunq́ tandem initor ipſe fuerit Verum uiro ab opulentiore & ſeniore ini ri, bonum eſt. Ab huiuſmodi enim mos eſt accipere. A iuniore autẽ & inope iniri, ma lum eſt. huiuſmodi enim mos eſt dare. Ea- dem ſignificatio eſt etiã, ſi ſenior fuerit ini- tor, & mẽdicus. Maſturbari ſi quis ſibi ui- deatur

deatur, ſeruum aut ſeruam inibit. propterea quod manus pudendo admotæ miniſterio funguntũ. Si uero non habeat ſeruos, damnum ſuſtinebit, propterea quod inutiliter ſemen excernit. Noui quendam ſeruum qui ſibi uiſus eſt, heri ſui uirilia tractare, & factus eſt filiorũ ipſius pædagogus & nutritor, habuit enim in manibus domini pudendum, propriorũ eius liberorum exiſtens ſignificatiuum. Et rurſus noui qui ſibi uiſus eſt, uirilia ſua ab hero tractari. & alligatus columnę, multas plagas accepit, atq; ſic ab hero intentus, & ad tentiginem excitatus eſt.

De coitu præter legem. Cap. LXXXI

D E coitu præter legem ſic iudicare oportet. filium inire nõdum quinque annos natum, puero mortem præſagit, quemadmodũ ſæpe obſeruaui. Veriſimile eſt autem hoc ſignificare, propter pueri corruptionem, corruptionẽ autem interitum uocamus. Si uero quintum annum puer fuerit tranſgreſſus, & adhuc intra decimum cõſiſtat, ægrotabit quidem puer, qui uero ſomnium uidit, inſipienter ſe in aliqua re gerens, damnũ perpetietur.

atq;

atq; ille quidem ob puerilem ætatẽ intem-
peſtiue initus, ex dolore ægrotabit. hic ue-
ro ob inſipiẽtiam damnum incurret. Non
eſt enim uiri ſana mente præditi, non dico
filium, ſed ne alium quidem tantillum pue
rulum inire. Si uero reluctetur filius, ſi qui
dem pauper fuerit pater, ad magiſtros mit
tens filium, mercedemq; ipſi ſuppeditans,
in ipſum excretiones et expenſas faciet. Si
uero diues ſomnium hoc uiderit, multa fi-
lio largiens, et bona ſua ipſi adſcribẽs, hoc
modo excretiones faciet. At uero ſi uir, p-
fectæ iam ætatis filio miſceat̃, peregrinan-
ti quidem bonum eſt. conuentionem enim
& cõuerſationem ſomnium ſignificat, pro
pter ipſum coitus nomen. pręſenti uero &
ſimul degẽti, malũ. Neceſſe eſt enim ipſos
inuicem ſeparari, propterea quod uirorũ
inter ſe coitus ut plurimum ex auerſione
fiunt. Iniri autem à filio per uim, damnum
per filium acceſſurũ ſignificat, ex quo da-
mno etiam filius plorabit. Si uero quis pa-
trem ſuũ ſibi uideatur inire, fugitiuus à pa-
tria ſua erit, aut à patre in regionẽ aliquam
relegabitur. Aut enim ipſe pater eum auer-
ſabitur, aut populus, q cum patre eandem
rationem

rationem habet. Filiola parua omnino, & nondum quinq; annos nata, item quæ intra decimum annum conſiſtit, eadem quæ filius ſignificat. Quum autem circa nubiles annos puella fuerit, in uiri domũ tranſibit, & qui ſomniũ uidit dotem ei dabit, atque ſic in filiam ſubſtantiam ſuam diſperget. Noui autem quendam qui ob hoc ſomnium uxore priuatus eſt, recte & pro ratione: reliqua em̃ ipſi filia erat, quæ per cuſtodiam domus & uxoris & filię opera exhibuit ac ſubiuit. Si uero qs filiæ ſuæ iam uirum habenti ſe coire exiſtimet, ſeparata à uiro filia ad ipſum pueniet, quo cũ ipſo ſit & cõuerſetur. Bonum eſt pauperi diuitem filiam habenti, ipſi commiſceri. Multum enim emolumenti à filia capiens, uoluptate proinde fruetur ex ipſa. Sępe uero opulenti etiam citra uoluntatẽ filiabus aliquid dederunt, hoc ſomnio uiſo. Et ægrotantes mortui ſunt, filiabus hæredibus relictis. Porrò de ſorore ſuperuacaneum eſt dicere. Eadẽ enim quæ filia ſignificat. Fratrem autem inire, tum iuniorẽ, tum ſeniorem, bonum eſt ei qui hoc ſomnium uidit. Supior em̃ fratre erit, ipſumq; contemnet.

Qui

Qui uero amicũ inierit, inimicus eius fiet, læſus prius ab ipſo. Cæterum de matre, quod ad rem uenereã attinet, ratio uaria & in multas partes diſtracta, multamq́; diuiſionem admittens, multos ſomniorũ interpretes latuit & fefellit. Habet autẽ hoc modo. Ipſa mixtura p ſe non eſt ſufficiens ad ea quæ per ipſam ſignificantur demonſtranda, ſed & complexus, qui diuerſæ corpori figuræ ſunt, diuerſos euentus faciũt. Primum igitur de ea quæ iuxta cõſuetam homĩbus corporum figurã initur, ſimulq́; uiuit, dicendũ eſt. quandoquidẽ etiã uiua non eadem quæ mortua ſignificãt. Si quis igitur matrẽ ſuam, iuxta conſuetam hominibus corporum figuram, quod etiam iuxta naturam quidam appellant, uiuentem ineat, ſi quidem pater adhuc fuerit ſanus, inimicitia ipſi aduerſus patrẽ orietur. propter zelotypiam, quæ etiam in alijs hominibus oboriri ſolet, & ſanè magis ĩ his continget. Si uero ægrotus fuerit pater, morietur. præficietur enim matri filius ſimul & uir. Bonum eſt autem hoc ſomnium omni opifici manuario & operario. Nã matrem appellare mos eſt ipſam artem. Matri au-

tem mi-

tem miſceri quid tandē aliud ſit, ꝙ non uacare & nō ocioſum eſſe, ſed ab arte rem parare? Bonum eſt etiam omni tribuno plebis, & rempublicam adminiſtranti. Significat enim patriā mater. Quemadmodum igitur is qui iuxta legē Veneris miſcetur, toti coeuntis corpori imperat, ea quā init obediente & uoluntarie ſe exhibente, ſic is qui ſomnium uidit om̄ibus urbis rebus ac negocijs præficietur, & ſi inimicus fuerit matri, in amicitiā redigetur, propter mixturam, nam hęc amicitia uocatur. Sępe uero & ſegregatos habitatione, in idem reduxit hoc ſomniū, & cohabitare ac ſimul eſſe fecit. quapropter etiam peregrinum ad domum reducit, ubi ſanè mater in patria uixerit. Si uero non, ubicunq; mater ipſa uitam degerit, eo profecturum ſomniantem ſignificat. Et ſi quis pauper & inops rei familiaris, diuitē habuerit matrem, accipiet ab ipſa quæcunq; uolet, aut non ita multo poſt defunctæ hæres erit. atq; ſic ex matre uoluptatē capiet. Multi uero etiā uice uerſa matres exceperūt ac nutriuerunt, ita ut illæ ex ipſis uoluptatē ferrēt. At uero ęgrotantē erigit hoc ſomniū, ſignificatq; ipſum

k ſecun-

ſecũdum naturam habiturum eſſe. Mater enim communis omnium eſt natura. Dicimus autem ſanos, & nõ ægros, ſecundum naturam habere. Meminit eius & Apollodorus Telmiſſenſis, uir doctrina & eloquentia clarus. Cæterum nõ ſimilis ſignificatio cõtigerit in ęgris, ſi mortua fuerit mater. Nam ſtatim omnino morietur qui ſomnium uidit. Mortuę enim corpus reſolutum eſt in materiã, ex qua conflatum eſt et concretũ. & plurima eius pars terrea exiſtens, in propriã materiam trãſmutatur, & ſane ipſam terrã nihilominus matrem uocamus. Quare miſceri matri mortuę, quid aliud ægro ſignificet, q̃ terræ miſceri? Bonum eſt aũt ſomniũ ei q de terra litigat, & terram emere uolenti, & agriculturã exercere uolẽti, mortuæ matri miſceri. Quanq̃ alij dicant q agricolæ non conferat. Nam tanq̃ in mortuam terrã conijciet ſemina, hoc eſt fructũ non feret. Verum mihi hoc nequaq̃ uerum eſſe uidetur, niſi quis utiq̃ ĩ coitu pœnitere aut triſtari ſe putet. Quin & peregrinus apud exteros degens ad domum reuertetur. & q de ſubſtantia & bonis matris litigat, ex hoc ſomnio uincet. atque ſic

que ſic ille domũ reuerſus, hic uero nõ ex corpore,ſed ex rerum ſubſtãtia ipſius matris uoluptatẽ capiet. Si uero quis in patria ſua uiuens hoc ſomniũ uiderit, patria exibit. Non enim licet in tãto crimine ad maternum focũ diutius manere, & ſi quidem triſtetur in coitu,aut pœniteat,patria exulabit. Sin minus, ultro pegrinabitur. Matrem auerſam inire,non eſt bonũ. Aut em̃ ipſa mater auerſabitur eum q ſomnium uidit, aut patria,aut ars, aut qualecunq; tandem propoſitũ habuerit. Malum eſt etiam rectæ adſtare matri iuxta coitionem. penuria em̃ cubilis & ſtragulorũ huiuſmodi figura homines utuntur. quapropter tribulationes & anguſtias ſignificat. Sed & ĩ genua innixæ matri miſceri,malum eſt. inſuperq; indecorũ eſt etiam ſupinæ proſtratæ miſceri. Multã enim rerum difficultatẽ & penuriã ſignificat,propter matris immobilitatẽ. Natiuitatẽ enim aut fortunã,aut dæmonem aliquẽ, eius qui ſomniũ uidit res diſpẽſantẽ,& uniuerſorũ cauſſam exiſtentem,matrẽ eſſe putamus. At uero ſuperne incũbentem & inequitantẽ matrem inire, aiunt aliqui mortẽ ei qui uidit portẽdere.

Terræ enim ſimilis eſt mater, quandoqui dem nutrix omniũ & generatrix terra exi ſtit. atq; hæc mater ſup mortuos, non ſup uiuos incũbere ſolet. Ego uero obſeruaui, ægrotos quidẽ ſemper ex hoc ſomnio de/ functos uita eſſe. Verũ ſanos in multa ge/ te, & ex animi ſentẽtia, reliquã uitam tran/ ſegiſſe, recte & rationabiliter hoc ſic eue/ niente. In alijs enim figuris & labor, & an/ helatio, circa marem fere cõſiſtit. fœmina uero nullo labore defatigat̃. In hac autẽ fi/ gura, labor circa fœminã eſt, mari uero ci/ tra negotiũ & extento cõtingit iucunditas & uoluptas. ſed & minores labores exhi/ bet hæc figura. propterea quod citra con/ cuſſiones fiat, & eos etiã qui prope ſunt la tet, ſi nõ in luce fiat. propterea quod pluri/ mum anhelationis aufert. Multis porro et alijs figuris non expedit uti in matre, neq; enim iuſtũ eſt cõtumelia afficere matrem. Quod uero alias quidẽ omnes figuras ob contumeliã, & laſciuiam, & petulantiã ex ebrietate, reperint hoĩes, eam uero ſolam quæ iuxta cõſuetã hominibus corporum figurã fit, ex natura edocti ſint, ex alijs anĩ malibus manifeſtũ fit. Oĩa enim ipſorũ ge

nera

nera, cõſueta quadam utunt̃ figura, et eam nõ tranſmutãt, propterea quod rationem quæ ſecundũ naturam eſt ſequant̃. Velut exempli gratia. Alia quidẽ pone coeũt, uelut camelus, & canes. Alia uero ſupne inſcendunt, uelut equus, aſinus, taurus, hircus, uerres, aries, ceruus, et reliqua quadrupedia. Alia ora prius cõſerũt, uelut uiperę, & columbæ, & feles. Alia paulatim conueniunt, uelut paſſer. Alia inſcẽdentia grauitate ſua fœminas conſidere cogunt, uelut omne auiũ genus. Alia inuicẽ non coeũt, ſed expreſſum à maſculis ſemen fœminæ colligunt, uelut piſces. Eodẽ modo ueriſimile eſt etiã homines propriam figurã naturalẽ, corpori uidelicet aptam et congruã habere, reliquas aũt excogitaſſe, contumelia, proteruitateq́ ac libidine pſuaſos & inductos. Cęterũ quod omnium grauiſſimũ & abſurdiſſimũ obſeruaui, eſt fellari ſibi uideri à matre. Nam & liberorũ interitũ, & poſſeſſionũ amiſſionem ſignificat, & morbum magnum ipſi qui ſomniũ uidit. Noui etiam quendã qui ex hoc ſomnio pudẽdo priuatus eſt. Veriſimile enim erat eum ea parte corporis plecti, qua peccabat. Si ue-

 ro quis

ro q́s à propria uxore aut amica ſibi uidea
tur fellari, inimicicia & nuptiarũ aut ami-
citiæ ſolutio ipſi cõtinget. Non enim hone
ſtum eſt cum eiuſmodi, neq; menſa, neque
oſculis cõmunicare, niſi ſanè uterũ geſtet
uxor: tunc enim perdet fœtum, propterea
quod præter naturã ſemina ſuſcepit. Inſu-
per uero ſi locupletior uiro fuerit, multum
æs alienũ uiri pſoluet. Et ſi ſeruo cohabita
uerit, de ſuo pecunias cõferens, uirum libe
rabit. atq; ſic continget uiri neceſſariũ, (ſic
enim etiã ipſum pudendũ appellatur) hoc
eſt ipſam neceſſitatẽ puram & mundam
eſſe. Qui uero ab amico, aut cognato, aut
filio non amplius infante fellatus eſt, in ini
micitiã cum fellatore ueniet. Verũ à pue-
ro infante fellatus, infantẽ defodiet. Neq;
eñ poſſibile eſt ut talem infantẽ amplius
oſculetur. Qui uero à quopiã ignoto fella-
tus eſt, damnũ aliquod qualecũq; tandem
incurret, neq; eñ exacte id dici poteſt, pro
pter inutilẽ ſeminis excretionem. Quod ſi
quis uideatur ſibi aliquẽ alium fellare, atq;
is not9 ſibi ſit et familiaris, ſiue uir, ſiue mu
lier, inimicitiã cum ipſo ſuſcipiet, ꝑpterea
quod per ora cõmunionem amplius habe
re non

re nõ poſſunt. Si uero ignot⁹ fuerit quem qs fellat, om̃ibus nocuũ eſt, exceptis his q̃ per ora quæſtũ faciũt, uelut ſunt tibicines, & tubicines, & rhetores, & ſophiſtæ, & ſi qui alij his ſimiles exiſtunt.

De coitu præter naturã. Cap. LXXXII

De coitu præter naturã hæc ſane dici poſſunt. Sibi ipſi miſceri ſibi uideri, diuiti quidem amiſſionem bonorum, & multam inopiã, & peſtem præſagit, tanq̃ uidelicet non ſit aliud corpus. pauperi aũt morbum magnũ, aut tormenta ſuperexcellẽtia portendit. Citra magnã enim torturam, nemo ſibijpſi miſceri poteſt. Si uero quis exiſtimet ſe pudendũ ſuũ oſculari, ſi quidẽ liberis careat, filij ipſi naſcentur. Si autẽ apud exteros habuerit, reuerſos uidebit, eosq; oſculabit̃. Multi aũt & uxores duxerunt ob hoc ſomnium, qui prius nõ habuerunt. Si uero quis ſeſe fellare putet, pauperi quidem, & ſeruo, & obærato cõducit, etenim ex ſua ipſorũ neceſſitate ſeſe extricabunt. Malum eſt aũt filios habenti, & liberos generare meditanti, quos enim iam habet, amittet, & nulli amplius generabuntur. Nam pudendum ſimile

mile eſt pueris,os uero ſepulchro. Quæ e-
nim acceperit os,ea corrumpit,& non ſer-
uat. Inſuper & uxore & amico ſpoliat hoc
ſomniũ. Qui enim ſibiipſi rem ueneream
exhibere poteſt,itemq; fellationem,uxore
nõ habet opus. Reliquis grauem indigen-
tiam ac inopiam portendit, & peſtem, aut
morbũ, ut ad pudenda alimenti gratia per
ueniãt, hoc eſt ad ea quæ dare nõ poſſunt.
Aut ut corpore per morbum conſumpto,
pre gracilitate queant os pudendo adhibe
re. Porrò ſi mulier mulierem inire ſibi ui-
deatur, ſua arcana initæ communicabit.
Si uero non noſcat initam, uana negocia
aggredietur. Si uero mulier à muliere inea
tur, ſeparabitur à uiro, aut uidua reddetur,
& tamen arcana eius cum qua mixta fuit,
nihilo minus diſcet. Deo aut deæ miſce-
ri, aut à deo iniri, ægrotanti quidem mor-
tem præſagit. Tunc enim anima deorum
cõgreſſus ac mixturas uaticinatur, quum
prope iam adeſt tempus ut corpus relin-
quat, cui inhabitat. Reliquis uero ſi qui-
dem delectentur in coitu, à præſtantiori-
bus utilitates ſignificat. Si uero non de-
lectentur, timores & turbationes. Ve-
rum

rum Dianæ & Mineruæ, Veſtæque ac Rheæ, Iunoni etiam atq; Hecatę, ſolis his miſceri, non cōducit, etiam ſi quis inde uoluptatem capere ſibi uideatur. Interitum enim non ita longe abeſſe ſomnianti ſomnium præſagit. Caſtæ enim ſunt hæ deæ, & eos qui ipſas tentarunt, non bonas aggreſſiones tentaſſe deprehendimus. Lunæ miſceri, naucleris & nauium gubernatoribus, mercatoribusq; & his qui cœleſtium rerum ſpeculationi intenti ſunt, itemq; peregrinationis ſtudioſis, & uagabundis hominibus ualde prodeſt. reliquis aquam inter cutem portendit, atq; illis quidem propter motum, & quod Theoremata ac ſpeculationes abſq; ipſa nō cōſiſtunt, cōducit. hos uero humida exiſtens corrūpit. Mortuo miſceri & uiro, & fœminæ, excepta matre, & ſorore, & uxore, & amica, Item à mortuo iniri, ualde abſurdum eſt. Mortui enim in terram tranſmutati ſunt. Inire igitur ipſos, nihil aliud eſt, quàm in terram impelli, & iniri ab ijſdē, nihil aliud eſt, quàm terrã in corpus ſuſcipere, quæ ambo mortem ſignificant. exceptis his qui in aliena regione ſunt, & non ubi mortui ſepulti exi-

mortuo miscen

ſtunt, his enim reuerſionē in illam terram ſignificat. Sed & eos qui ex ſua terra abi- tionem moliuntur, retinet ſomnium hoc. Qualicunq; autem feræ ſeu beſtiæ mixtus eſſe ſibi quis uideatur, ſi quidem ipſe ineat, utilitates aliquas capiet à tali quopiã, qua- lis ſanè fuerit fera. Demonſtrabimus autē ſingulatim has ipſas, in tractatu de uena- tione, & de animalibus. Si uero ipſe inea- tur, uiolenta & grauia negotia ſuſtinebit. Multi autē & in huiuſmodi mortui ſunt. Et de coitu quidem hactenus.

De ſomno & dormitione Cap. LXXXIII

1 Ipſum quidem dormire ſibi uideri, actiones impedit. Et parare ut dor mias, etiã ipſum actionibus obſtat, & omnibus malum eſt, exceptis his qui ti ment, & tormēta expectãt. Ab omni enim cura & timore liberat ſomnus. At uero exurgere à ſomno, actiones & operas præ dicit. Solis uero timentibus malũ eſt. In tē- plo dormire ſibi uideri, ægrotanti quidem ſanitatē, ſano uero morbũ aut magnas cu- ras præſagit. Ille enim quietē à morbo ha- bebit, propterea quod dormiētes non ca-

peſſunt labores. hic uero ad deorũ cultum perueniet, ut eos roget pro impetranda ſa/natione. In monumentis aũt & ſepulchris & in uia dormire, ægrotantibus quidem mortem prędicit. Sanis uero actionum im pedimentum. Ocioſæ enim ſunt eiuſmodi conuerſationes ac regiones.

De uale & ſalue. Cap. LXXXIIII

Vale et ſalue, neq; dicere, neq; audire bonum eſt. Non enim accedentes ſe, neq; aliquid facere parantes ho/mines talia dicunt, ſed inuicem diſceden/tes, & ad ſomnum ſe conuertentes. Qua/propter etiam nuptias & ſocietates di/rimunt, & ægrotantes occidunt. Primus quidem igitur liber huius tractatiõis Caſ-ſi Maxime, pertinentẽ ad ſe & debitum ſer monem ſufficiẽter, & ut neq; neceſſarium quid deſit, neque eorundem quid ſuper/fluat, accepit. In ſecundo autem libro eum quem in principio huius libri pro/miſimus, ſermonem exe-quemur.

Quæ in ſecundo libro Artemidori de ſomniorum interpretatione contineantur.

De uigilia Cap. I
De progreſſu & ſalutationibus II
De ueſtitu, & mundo omni uirili ac muliebri III
Videri ſibi ſua ueſtimenta lauare IIII
De mundo exteriore V
De pectinando & complicatione capillorum VI
De uſu ſpeculi VII
De aere & his quæ circa aerē fiunt VIII
De igne uſuali IX
De partibus domus ardentibus X
De uenatione & canibus XI
De animalibus omnis generis XII
De reptilibus XIII
De piſcatura XIIII
De ranis XV
De feris marinis XVI
De laris & mergis XVII
De piſcibus mortuis XVIII
De aucupio XIX
De animalibus uolatilibus XX

De auibus

De auibus paluſtribus XXI
De apibus XXII
De nauigatione XXIII
De agricultura XXIIII
De arboribus omnis generis XXV
De ſtercore omnis generis XXVI
De fluminibus, ſtagno, fonte, ac puteo XXVII
De paludibus, montibus, uijs, ſaltibusq́ ac conuallibus XXVIII
De foro iudicario, & litibus XXIX
De medicis XXX
De omni principatu XXXI
De bello, exercitu, ac militum delectu XXXII
De pugna ſolitaria XXXIII
De cultu deorum XXXIIII
De dijs cœleſtibus ac terreſtribus XXXV
De ſole XXXVI
De luna XXXVII
De ſtellis XXXVIII
De iride ſiue arcu cœleſti XXXIX
De nebulis XL
De uentis XLI
De dijs terrenis XLII
De dijs marinis XLIII

De dijs

De dijs inferis XLIIII
De heroibus & dæmonibus XLV
De terræ motibus ac hiatibus XLVI
De ſcala, ſartagine, mola, pila, & gal‑
lo XLVII
De ouis XLVIII
De hippocentauro, & ſcylla, & dijs huma
na ſpecie XLIX
De tabula & libris L
De perdicibus LI
De uinculis ac pedicis LII
De plagis LIII
De morte LIIII
De ſtrangulatione LV
De mactatione, ſiue cæde LVI
De uiuentis combuſtione LVII
De cruce LVIII
De pugna cum feris LIX
De deſcenſu ad inferos LX
Portare aut portari LXI
De mortuis LXII
De numiſmatis LXIII
De theſauro LXIIII
De lachrymis LXV
De monumento LXVI
Si mortui reuiuiſcant LXVII

Si mor‑

Si mortui denuo moriantur LXVIII
De medicamento letali LXIX
De nuptijs LXX
De hirundine & luſcinia LXXI
De dentibus LXXII
De uolatu LXXIII
De fide dignis LXXIIII
De temporibus uitæ LXXV

ARTEMIDORI DALDIANI de ſomniorum interpretatione liber ſecundus, Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

Præfatio

1 IN primo libro Caſſi Maxime, de artis documentis, & de doctrina quomodo ſomnia iudicare oportet, & de his de quibus in utroque libro à me ſcribetur, et de omnibus circa hominem cõmunibus, & in uſu exiſtẽtibus, ſermonem fæci, ſemper hoc obſeruans, ut niſi magna urgente neceſſitate, ueteres nõ contingerem, nihil relinquens eorum quæ ad rem ſpectare uidentur

dentur, niſi ſi quid ueteres nos anticipãtes erudite expoſuerunt, de quo me uerba facere non erat neceſſe, ut ne cõtradicere aggrediẽs, mentiri cogerer, aut eadẽ dicens, laborem ueterũ ab acceſſu in medium excluderem. Verum in hoc libro promiſſam diuiſionem ex debito perſoluam. Peto aũt à te ut rerum conſequentiam, etiam ad iudicationum certitudinem, in qua magnopere mihi placeo, recte habere ac ſequi iudices, & ut ipſam dictionem cum tua eloquentia nõ conferas, ſed quantum noctis tẽpore lucerna ſolis uſum exhibet, his qui eo opus habent, tantam putes me habere facultatẽ, ad ea quæ intelligo & mente cõcœpi prodenda. Cæterum tempus iam uocat, ut ad iudicationem conuertar.

De uigilia Cap. I

DE eo quod quis ſibi uideatur ex ſomno excitari, in ſermone de ſomno prædiximus. Verum uigilare ſibi uideri aliquem noctu reclinatũ in cubili, curas quaſdam ſuperexcellentes opulentis præſagit. Pauperibus uero, & his qui aliquibus inſidias ſtruunt, bonũ eſt. Illi enim uacationem non habebunt. Hi uero cum

multa

multa prouidentia ſtruentes inſidias, à propoſito ſcopo non aberrabunt. Huic ſimile eſt ſomnium, quũ quis ſe noctu acute cernere oculis putat, & in nocte ac tenebris, luminis repentinum ſplendorem uidere.

De progreſſu & ſalutationibus Cap. II

P Rogredi mane facile, & neq; prohiberi, neq; includi, ab aliquo eorum qui intus ſunt, bonum eſt. Iuxta uoluntatem enim & ex animi ſentẽtia actiones proceſſuras ſignificat. At uero progredi non poſſe, & domus propriæ aut cuiuſcunq; in qua quis ſe eſſe putat, exitus non reperire, Detentiones quidem peregrinari uolentibus, Impedimenta autem agere quid deſtinãtibus, longum uero morbum ægrotanti, & ei qui diu ęgrotauit, mortem præſagit. Salutare autẽ familiares & compellare, & oſculari, bonum eſt. Iucundos enim ſermones tũ dicturũ, tum auditurũ eſſe ſignificat. Verum nõ familiares, alias autem notos alloqui, minus bonum eſt. Hoſtes uero & inimicos cõpellare & oſculari ſibi uideri, inimicitiæ ſolutionem facit. Mortuos oſculari, ægrotanti quidem interitum

ritum præſagit. ſano aũt ſermonibus ſerijs in præſens uti interdicit. propterea quod mortuo ori labra coniunxit. Eos uero qui in uita amiciſſimi & iucũdiſſimi nobis fuerunt, mortuos oſculari, nõ impedit neque ſermonibus uti, neq; aliud quid facere.

De ueſtitu & mundo omnis generis uirili ac muliebri Cap. III

De ueſtitu, & ornatu omnigeno uerba facturus, primum de uirili ſupellectile, tum uernaculo, tum peregrino, opinor tractare oportere. Veſtitus cõſuetus, omnibus bonus eſt, & qui iuxta anni tempus cõmodus exiſtit. Aeſtatis enim tempore lintea, & ueſtimenta detrita geſtare ſibi uideri, bonũ utiq; fuerit, & ſanitatis ſignum. hyeme uero lanea, eaq; noua. Soli uero litem habenti, & ex ſeruitute manumitti cupiẽti, nouæ ueſtes malę ſunt, etiam ſi hyeme uideantur, propterea quod operoſum ſit ipſas deterere, & plurimum relucentur. Alba ueſtimenta ſolis ſacrificis cõferũt, & ſeruis gręcorũ, reliquis turbatiões ſignificant. propterea quod hi qui in turba uerſantur albo ueſtitu utantur. Opificibus aũt manuarijs ceſſationem & otium portendunt

tendunt, & quanto precioſiora fuerint ue/ ſtimenta, tanto plus ocij prædicunt. Neq; enim operas obeuntes homines, & maxi/ me qui mechanicas artes exercēt, albis ue ſtibus utuntur. Seruis aūt Rhomanorum ſolis his qui recte agunt conferūt; reliquis mala ſunt. Manifeſtos enim faciunt male facientes, & propterea quod eundem cum dominis ut plurimum ueſtitum habēt, ob hoc ſomnium liberi nō fiunt, quemadmo/ dum ſerui græcorum. Viro ægrotanti al/ ba ueſtimenta habere, mortē prædicit. pro pterea quod mortui in albis efferantur. Ni ger ueſtitus ſalutē prænunciat. Non enim mortui, ſed mortuos lugentes eiuſmodi u/ tuntur. Noui autem ego multos & paupe/ res, & ſeruos, & uinctos ægrotantes, qui etiam quū uiderentur ſibi nigra habere ue ſtimēta, mortui ſunt. Veriſimile enim erat hos non in albis propter inopiam efferen/ dos eſſe. Eſt aūt alias niger ueſtitus omni/ bus malus, exceptis his qui clācularia ope rantur. Variam autem habere ueſtem aut purpuream, Halurgidem græcis appella/ tam, ſacrificis quidē & Thymelicis, hiſtrio nibusq; & ſcenicis, & dionyſiacis artifici/

bus confert. Aliȷs turbationes & pericula ſola inducit, & occulta reuelat, Aegrotos uero ab acribus humoribus & multa bile infeſtari ſignificat. Purpurea ueſtis, ſeruis bona eſt, & diuitibus. Illis enim propterea quod aliàs ius geſtādi non habent, libertatem & manu miſſionē ſignificat. his uero propterea quod aliàs imperiū & iubēdi poteſtatē non habēt, et quod dignitati purpura cōueniens exiſtat, honorē & celebritatē pręſagit. Aegrotantē aūt occidit, & pauperi damnoſum eſt ſomniū. Multis etiā uincula annunciauit. Oportet enim eum qui purpurā gerit, omnino diadema aut coronam habere, & multos comites ac cuſtodes. Verū Dionyſiacis artificibus eadem quę Halurgis ſignificat. Coccina et omnis ueſtis eiuſmodi, aut purpurei tinctus, aliȷs quidē uulnera, aliȷs uero febrē inducit. Fœminea ueſtis ſolis his qui uxores nō habēt cōducit, & his qui in orcheſtrā cōſcendūt. Illi enim uxores ducēt adeo ex animi ſententia, ut ȷȷſdē utantur ornatibus. hi uero ex cōſuetudine agendi perſonas, magnos quæſtus ac lucrū faciēt. Reliquos aut uxoribus ſpoliat, aut morbo magno obȷȷcit,

propter

propter mollicie͂ & debilitate͂ eoru͂ qui ta/
lia geſtant. Et tamen in feſtiuitatibus & co͂
uentibus, neq; uaria, neq; muliebris ueſtis
quenq; lædit. Barbarica͂ ueſtem habere eo
quo Barbari ſolent modo præparatam, ei
quide͂ qui ad eos abire conſtituit, qui tali
ueſtitu utu͂tur, bonas co͂uerſationes iſthic
futuras ſignificat. Sæpe uero & uita͂ iſthic
finiturum & tranſacturu͂ eſſe prænunciat.
Reliquis morbu͂ aut actionu͂ impedimen/
tum indicat. Eade͂ ſignificat & ueſtis Rho
mana, toga uidelicet, quam nunc Tibenu͂
uocant, à Timeno Arcade, qui primus ſua͂
chlamyde͂ hoc modo circumdedit, quum
per ſinu͂ Ioniu͂ nauigaſſet, & ab his qui iſt/
hic habitant ſuſceptus eſſet, à quo indige/
næ edocti eodem modo præparaueru͂t, &
ueſtitum Timeniu͂ uocauerunt, cognomi/
nem Timeno inuentori. Veru͂ poſteriori/
bus te͂poribus corrupto noīe Tibenus ap
pellatus eſt. Molli & ſumptuoſa ueſte uti,
diuitibus & pauperibus bonu͂ eſt. Illis em͂
præſentes deliciæ perſeuerabunt, his uero
res luculentiores eru͂t. Seruis au͂t & egenis
morbu͂ prædicu͂t. Mutilæ & indecoræ ue/
ſtes, damnu͂ & improſperu͂ reru͂ age͂darum

 ſucceſſum

ſucceſſum ſignificant. Chlamys quam ali/qui Mandyan, alij Epheſtridē, alij Berion uocant, tribulationem & anguſtias, & liti/gātibus damnationē ſignificat, propterea quod corpus circūamplectatur. Idē etiam penula, & ſi quod aliud ueſtimenti genus his ſimile ſit, ſignificat. quare tales ueſtes perdere melius eſt ꝗ habere. Verum nul/lius alterius ueſtimenti perditio confert, præterꝗ pauperibus, & ſeruis, & uinctis, & obæratis, & omnibus in captiuitate de/tentis. Deperdita enim hæc, malorum cor pus occupantiū perditionem ſignificant. Alijs uero neq; nudari, neq; ueſtimēta per dere bonum eſt. Quicquid enim ad orna/tū alicuius ſpectat periturū eſſe prædicit. Mulieri aūt florida & uaria ueſtis condu/cit, maxime meretrici & opulentæ Illa em̄ ob quæſtum, hæc ob delicias, floridis ueſti bus utitur. Veſtimenta coloris natiui, om/nibus bonū ſignificant, maxime uerecun/dis. Hic enim color manifeſtari non ſinit. Præſtat aūt ſemper mūda & ſplendida ue ſtimenta habere, itemq; probe lota, quàm ſordida & illota, exceptis his qui ſordida opificia exercent.

Videri

Videri ſibi ſua ueſtimenta lauare
Cap. IIII

u Ideri ſibi ſua ipſius ueſtimenta lauare, aut etiam alterius, incõmodi alicuius circa uitam depoſitionem ſignificat. propterea quod etiam ueſtimenta ſordes abijciunt. Occulta etiam depræhendere ac condiſcere facit. Lauare enim abuſiue etiam redarguere ueteres dicebãt, uelut alicubi etiam Menander:

Si tu meæ uxori male inde dixeris,
Patrẽ tuũ, teq́; & tuos ego lauero. hoc eſt, redarguam, unde etiam his qui depræhendi ac redargui timẽt, terribile eſt ueſtimenta lota geſtare ac uidere.

De mundo externo Cap. V

a Nuli extra ferrei, bonũ quidem, ſed non citra laborem ipſa bona ſignificant. Poeta enim πολύκμητον, hoc eſt multo labore factũ, ferrum uocat. Boni ſunt etiã aurei qui lapillos habẽt, Nam qui lapillis carẽt, minime lucroſas aggreſſiones ſignificãt, propterea quod calculos nón habẽt. Calculũ enim uocamus tum lapillũ in anulo, tũ etiã pecuniarũ numerũ. Semper aũt meliores ſunt anuli ex toto fa-

brefacti, nulla inanitate & cõpleti. Vacui enim cauiq; & qui diuinũ ac ſacrũ quippiã intra ſe habent, dolos et inſidias ſignificãt, ob id quod in ſe cõtinẽt occultatũ. Vacui uero ac caui etiã maiores expectationes q; cõmoditates præſagiunt, propterea quod maiorẽ molem q; grauitatem habẽt. Anuli Succinei & Eburnei, & quicunq; alij fieri ſolent, ſolis mulieribus conferunt. Monilia uero & catenulæ, & inaures, & lapides pretioſi, omniſq; ornatus muliebris circumcollaris, mulieribus bonus eſt. Nã & innuptis nuptias portendit, & liberos eis quæ liberis carent, & his quæ utraq; habent, poſſeſſionũ acquiſitionem & opulẽtiam magnam. Quemadmodum enim ab illis ornantur mulieres, ſic à uiris, & liberis, & diuitijs. Etenim à natura diuitias amant mulieres, uelut etiam ornatus ſunt ſtudioſæ. Inſuper collo illa circundantur, uelut etiam uir ac liberi ſolent. At uero uiro dolos, & inſidias, & pecuniarum implicationem ſignificant, nõ ob materiam, ſed ob figurã & ſtructuram. Eſt enim aurũ nõ ut quidã prodiderũt, malũ ob materiã, ſed omnino uice uerſa bonũ, uelut ſæpe obſer

uaui

uaui: ſed tamen nõ immodicũ, neq; multũ, neq; incõueniens propter figuram, quemadmodum uiris monilia, neq; ſupra dignitatem, uelut pauperibus coronę, & magna uaſa, & multa numiſmata. Nam quum tale quid aliquis uiderit, nõ amplius ob materiam, ſed ob ſtructuræ & opificij qualitatem, aurum malum exiſtit. Porrò ſi frãgantur aut perdant̃ aut diſſoluantur ornamenta collaria, perditionẽ mulieri ut prius dixi ſignificant. Viro autem ornamenta manualia, nõ ſolum perditionem eorum quibus rem familiarem potiſſimum concredidit, uxoris inquam & uillici, ſed etiam ipſarum poſſeſſionũ ac rerum corruptionem portendunt, & quod his quibus iam aliq̃d credidit, de cætero non amplius ſit concrediturus. Non enim amplius tales anulis opus habent. Multis uero etiam oculorum cæcitatem ſomnium annunciauit. Habent enim conſenſum quendam oculi ad anulos, propter lapillos. At uero calciamẽta eadem quæ ueſtitus præſagiunt.

De pectinando & conplicatione capillorum. Cap. VI

p Ectinari & uiro & mulieri conducibile eſt, eſt enim tempus quoddam dura omnia diſſoluēs ac corrigens. Complicare capillos ſolis mulieribus confert, & uiris qui hunc morem habent. Reliquis æris alieni implicationes, et debita multa prędicit. Aliquando etiā uincula & ſeditiones præſagit.

De uſu ſpeculi. Cap. VII

a D ſpeculum ſtare, & ſuam imaginem ſimilē uidere in ſpeculo, bonum eſt & uiro et mulieri nuptias celebrare uolentibus, ſignificat enim ſpeculum uiro quidem uxorem, Mulieri uero maritum, quoniā facies oſtendit, quemadmodum hi uiciſſim liberos alter alteri oſtendunt. Bonū eſt & triſtitia affectis, triſtitiæ enim expers res eſt ſpeculo uti. Verum ęgrotos tollit. terreum eſt enim ſpeculum ex qualicunq; materia fuerit factum. Alios autem in alienam regionē transfert, quo in alia terra ſuas facies cōtemplentur. Cæterū diſſimilem ſibiipſi in ſpeculo ſe uidere, ſpuriorū aut alienorū puerorum patrem

trem aliquem uocandum eſſe præſagit. At uero turpiorem aut deformiorem uidere ſeipſum, non confert. Morbos enim & triſtitias ſignificat. Quemadmodū etiam in aqua ſe contemplari, mortem ipſi qui ſomnium uidit prædicit, aut alicui familiariſſimo ipſi.

De aere, & his quæ circa aerem fiunt. Cap. VIII

a Er purus & clarus omnibus bonus eſt, maxime aūt his qui perdita quærunt, & qui peregrinari uolunt. Omnia enim in puro aere conſpicua fiunt. Verum aer caliginoſus, aut tenebricoſus, aut nebuloſus, ſupra actionū impedimentū, etiam triſtitias ſignificat. In qualemcunq; aūt materiam tranſmutatus fuerit aer, bonus eſt his qui eādem materiam tractant. Reliquis malus obſeruatus eſt. Humilis factus aer, ſolis cœleſtia contemplantib. et uatibus bonus eſt. Reliquorum uitam humilem reddit. Pluuia citra tempeſtatem ac multum uētum, omnibus bona eſt. exceptis his qui ad exteros homines dimittuntur, et his qui ſub dio opificia ſua exercent. His enim impedimēto eſt. Minu-

tæ plu-

tæ pluuiæ guttæ & pruinæ, agricolis quidem ualde bonæ ſunt. reliquis paruũ quæſtum prędicũt. Hymbres & nimbi, & tempeſtates, omnibus turbationes & pericula ac dãna inducunt. Solis uero ſeruis, & egenis, & qui aliqua incõmoditate uexantur, alterationes ac liberationẽ à malis quæ pedibus ſubiacent prædicunt. Nam poſt magnas tempeſtates, ſtatim ſerenitas ſequitur. Nix & glacies ſi ſuo tempore uideantur, nihil ſignificant. Meminit enim diurni frigoris etiam dormiente corpore anima ipſa. Verum ſi extra tempus uideantur, agricolis quidem conferunt, reliquis frigidas aggreſſiones et propoſitas actiones futuras ſignificant, & iter facere prohibent. Grando turbationes & triſtitias indicat, & occulta reuelat propter colorem. Tonitru citra fulgur, ſeruis turbationes & inſidias, propter inexpectatum, fulgur uero citra tonitru, uanum timorẽ ſignificat. Nam poſt fulgur rurſus expectare tonitru, timorem indicat. Nihil enim aliud eſt ꝗ̃ minæ inanes. quando igitur nõ ſuccedit tonitru, inutilem timorem facit. Sequitur aũt hanc tractationem etiam de igne ſermo, de quo dupli-

duplicem iudicationẽ facere ex re eſt, par/tim quidẽ ut de cœleſti & diuino, partim uero ut terreſtri & uſuali. Primũ quidem igitur de cœleſti hoc modo iudicatiões fa/cere oportet. Ignem in cœlo uidere, ſplen/didum, purum, & modicum, minas ex qui buſdam præminẽtibus ſignificat. Multus autem & hoſtium incurſum, et egeſtatem, & famem præſagit. Vbicunq; uero fuerit ignis, aut ubi ſurſum fertur, uelut à ſepten/trione, aut meridie, aut occidẽte, aut orien te, inde ſanè hoſtes ueniunt, aut iuxta illas regiones ſterilitas erit. Verum peius om/nino fuerit ignem deferri uidere. Idẽ ſigni ficant etiam ex cœlo deſcendentes faces, item ligna & arbores ardentes uidere, quę omnia periculum circum caput eius q ſo/mnium uidit conſtituunt. Queadmodum enim cœlum, omnem mundum ſupereminet, ſic caput corpus. Fulmen citra tempe/ſtatem propè allapſum, & nõ contingens corpus, eum qui uidit extra locos eijcit, in quibus degit. Neq; enim propinquum ful men quiſquam ſuſtinere poteſt. Si uero an te aliquẽ ceciderit, prorſum progredi pro/hibet. At uero extremis partibus à fulmi/ne per/

ne percuti, ualde quidem ueteres bifariam diſtinguunt, pauperibus quidem bonum eſſe pronunciãtes, diuitibus uero malum. atque hoc hac ratione. Similes etenim ſunt pauperes locis uilibus & ignobilibus, in quos ſterquilinia abijciuntur, aut aliud qd uitioſum. Diuites uero nemoribus deorũ aut hominum, aut ædibus templorum, aut templis deorum, aut ſaltibus, aut alij cuipiam loco luculento. Quemadmodũ igitur fulmen ignobiles locos nobiles facit, propter aras quæ in ipſis extruũtur, & ob ſacrificia quæ in ipſis fiunt. & contra ſumptuoſos locos, deſertos & inacceſſos reddit. Nemo enim in ipſis deinceps conuerſari ac degere expetit. Sic ſomnium pauperi quidem prodeſt, diuiti autem obeſt. Pręterea fulmẽ nihil aliud eſt quàm ignis, proprium autem ignis eſt omnem materiã corrumpere, habet autem pauper paupertatem, diues diuitias. proinde ille quidẽ paupertatem. hic uero diuitias corrũpet. quoniam aũt & fulmine ictus ſtatim inſignior redditur, ſimiliter etiam pauper repẽte ditatus, & diues repente amiſſa rerũ ſubſtantia, inſigniores fiunt. His igitur rationibus

primi

primi perſuaſi ſunt. Verum poſteriores e-
tiam quædã de ſeruis dixerunt, & pronun
ciauerunt fulmine feriri ſeruis bonum eſ-
ſe, propterea quod fulmine icti neq; domi
nos amplius habent, neq; laborant. Splen
dida autẽ ueſtimenta eis circundantur, ue-
lut honore à Ioue affectis. Multa etiã Ale-
xander Myndius & Phœbus Antiochen
ſis, de eo quod quis fulmine icitur, ex pro-
pria experientia appoſuerunt. uerũtamen
non omnia exacte potuerunt inuenire. Ha
bet autem res hoc modo. Seruos quidem
non magna autoritate prędítos, liberos fa
cit. uerũ eos qui alicuius precij ſunt apud
dominos, aut multas poſſeſſiones habent,
priuat & fide, & autoritate, & poſſeſſioni-
bus. Ex liberis aũt pauperes quidem, non
uolentes latere infelicitatẽ & peccata ſua,
iuuat. eos uero q ea celant et latere uolunt,
redarguit & manifeſtat. Neq; enim occul-
te cadit fulmen, propterea quod cum ma-
gno tonitru, & multa tẽpeſtate deferatur.
Neq; etiam fulmine ictus latere poteſt. Di
uites autem qui aurum geſtaturi ſunt, pro
pter principatum aut ſacerdotium, nõ læ-
dit, ſed magis inſigniter principatũ aut ſa-
cerdo-

cerdotium adminiſtraturos eſſe præſagit. Simile eſt enim aurum igni,iuxta colorem ſanè.uelut etiam Pindarus dixit.

Candentis aurum ignis modo.

reliquis bonorum ſubſtantia ſpoliat, propter ſuperiorē rationem.niſi quid aliud impediat.Cæterum his qui uxore carent nuptias prædicit,tum pauperibus,tum diuitibus. Nihil enim à deo corpora calefacit, uelut ignis & mulier. At uero iam contracta matrimonia diſſociat, & ſodales,& fratres, & amicos,inimicos facit.fulmē enim nō unit,ſed etiam unita ſeparat.Inſuper & liberos habentem, liberis priuat,ita ut moriātur, ſi doleat ad hoc ut fulmine ſit ictus. aut aliàs diſcedant, ſi non doleat. Nam & arbores ubi fulmine ictæ ſunt exareſcunt, & germina perdunt. Quemadmodum autem arborū filij ſunt germina, ſic uirorum germina ſūt filij. Athletas porrò celebres fulmen facit,oīesq; philologos,& in medium prodire uolentes. Cōfert etiam in litibus de fama & nomine, ſi quis ſibi uideatur fulmine feriri. Nullus enim fulmine ictus infamis & ignominioſus exiſtit.unde etiam uelut deus colitur.Qui uero de poſ-
ſeſſionibus

ſeſſionibus omnis generis litigant, his da-mnationem præſagit, excepta terra, & his quæ in terra exiſtunt. Etenim damnatos conſueto more fulmine ictos dicimus. Cæterum in litibus de terra, poſſidentes quidem terram, & timentes expulſionem, permanſuros eſſe ſignificat. Non enim tranſferuntur fulmine icti, ſed ubicunq; ab igne deprehenſi & tacti ſunt, iſthic ſepeliuntur. Qui uero alienæ terræ adhærent, eamq; ſibi uendicare ſtudent, eos nõ peruenturos eſſe in ipſam prædicit, ſed ubicũq; fuerint, iſthic manſuros eſſe, hoc eſt extra. niſi ſane quis nõ ſe putet fulmine ictum eſſe, ſed in terram, alicubi fulmen uiderit dilapſum. Nam huiuſmodi ſomniũ ſemper inhabitantibus inacceſſam terram facit. Inſuper uero fulmen etiam apud exteros degentes ad domum reducit. & qui domi uiuũt, eos domi retinet. Verum meminiſſe oportet, eandem ſignificationem eſſe, ſi quis ſibi uideatur fulmine ictus eſſe, & ſi quis ſe à fulmine exuſtũ eſſe putet, aut in caput uel pectus fulmẽ cecidiſſe. Quoniam quũ aliam quandam corporis partem fulmen combuſſerit, (modo non ſit totum corpus, ex

m quo

quo uériſimile eſt mortem fulmine icto ſe
qui) tunc ſanè minores euentus fiunt. atq;
ſic iudicationes facere oportet, uelut parti
bus læſis, & non de toto corpore pronun-
ciare, de quibus exacte & ut nihil deſit, in
ſermone de corpore, in primo libro parti-
culatim tractaui. Sed & eius meminiſſe cō
uenit, Quod neq; nauigantem, neq; in cu-
bili decumbentem, neq; in terra ſupinum
aut pronum à fulmine cōburi confert. Re-
liquũ eſt igitur ſolum bonũ eſſe, erectum
ſtare, aut in throno, aut alio quopiam ſedi
li ſedentem, fulmine feriri. Noui aũt quen-
dam qui per ſomnium exiſtimauit, exter-
num clauiculum lecti à fulmine tactũ eſſe
ac conſumptum, & ſanè uxor ipſius mor-
tua eſt.

De igne uſuali. Cap. IX

IGnem uſualem modicum, & pu-
rum, ac ſubmiſſum uidere, bonũ
eſſe dico. Multum uero & immo-
dicum, malum eſt. Eſt igitur optimus ignis
qui in foco clarus ac purus cōſpicit̃. Mul-
tam enim opulentiam ſignificat. Nam cir-
ca ciborum præparationem, non temere
ignem in foco uidere datur. Idē extinctus,
inopiam

inopiã portendit,& ſi quis in domo ægro-tat, mortem ipſi prædicit. Bonum eſt & faces noctu ardẽtes habere ſibi uideri, maximè iuuenibus. Vt plurimũ enim amores nõ iniucundos ſignificat, & actiones prædicit, propterea quod poſſint pedib. ſubiecta uidere. Verum alium facem habẽtem uidere, malum eſt latere cupientibus. Lucerna ardens in domo ſplendida, bona eſt. acquiſitionem enim & opulentiam omnibus ſignificat, & innuptis nuptias, & ęgrotis ſanitatẽ. Verum non ſplendida ſed obſcura, triſtitiã ſignificat. & ægrotos nõ longe poſt occidit, extincta aũt conſeruat. Nã poſtea accendetur. Lucerna ærea, & bona firmiora, & mala fortiora præſagit. Teſtacea uero minus. Vtraq; aũt occulta reuelat. Lucerna in nauigio cõſpecta ingentem tranquillitatem à uentis portendit.

De partibus domus ardentib. Cap. X.

Domus ardẽtes puro igne, & non collabẽtes, & corruptionem non ſentiẽtes, pauperibus opulentiã, diuitibus principatus comparãt. Quæ uero ardent puro igni, & cõburuntur, et concidunt, & ab igne corrũpuntur, omnibus

malæ ſunt, & talium interitũ hominum ſi-
gnificant, quales fuerint domus, aut parie
tes. Velut uerbi gratia. Thalamꝰ uxorem
ſignificat ſi extet, ſin minus, dominum do-
mus. Andrones uero ĩ quibus uiri uerſan-
tur, homines qui in domo ſunt ſignificant,
tum cognatos, tum ſeruos. Gynæciũ uero
ſeruas. Veſtibulũ domus, dominos ſigni-
ficat. promptuaria & apothecæ, poſſeſſio-
nes & opes, aut etiam promos ſiue uilli-
cos ſignificãt. Atq; hæc quidẽ in totis do-
mibus. Ex parietibus uero, is qui ianuã ha
bet, dominũ deſignat. qui feneſtrã, domi-
nam. Vbi aũt non eſt feneſtra, medius pa-
ries, dñm. dexter, liberos. ſiniſter uxorem.
Quum uero domus multas habuerit fene
ſtras, & fratribus & ſocijs mortem præſa-
git, ſeniorib. quidẽ partes domus ad orien
tem, iunioribus partes ad occidentem. par
tes ſeptentrionales ſimiliter orienti, meri-
dionales ſimiliter occidẽti iudicãdæ ſunt.
Qui uero magnum ignem augẽt parietes,
& ſplendidiores apparẽt, ſumptuoſiorem
uitam in melius transferunt. Ianuæ arden
tes, uxoris interitũ ſignificant, & uitã eius
qui ſomniũ uidit non in tuto poſitam eſſe.

ex his

Ex his aũt ea quæ ſeram ac uectem habet, liberã uxorem ſignificat, quæ uero facile aperiri poteſt & admittit, uxorẽ. columnæ puro igne ardentes & non pereuntes, libe ros ſignificãt ſomniãtis ad meliorẽ et ſplẽ/ didiorem fortunã trãſgreſſuros eſſe. Si ue/ ro corrũpantur, filiorum interitũ porten/ dunt. Etenim uelut Euripides alicubi ait:

Domus columnæ liberi ſunt maſculi.

Altæ domus partes, & ſupior ianuæ pars, & cancelli cõbuſti, filiorum interitũ, & bo norum perditionẽ preſagiunt. Fundamen ta uero dominorũ, murorũ ambitus ac ſe/ pium munimenta, cognatorũ & amicorũ. Arbores ante ædes enatæ, dñorum. Quæ uero intra domũ ſunt, magnæ quidem ar/ dentes ſimiliter dominorũ, & maſculæ ſa/ ne uirorũ. fœminæ uero fœminarũ. paruæ aũt amicorũ & cognatorũ. Quæ uero pe/ nitus humiles ſunt, uelut buxi, & myrti, fa mulorũ. Si quis ſibi uideat ignem accende re, isq; cito ardeat, tum in foco, tũ in cliba/ no, bonũ eſt & filiorum generationẽ pro/ mittit. Similis eſt em̃ & focus & clibanus mulieri, propterea quod ſuſcipiãt ea quæ ad uitã cõmoda exiſtunt. Ignis aũt in ipſis,

prægnantē fore mulierem uaticinat̃, tunc enim etiã ipſa mulier calidior redditur. At uero immittere ignē his, deinde extingue-re, ſibiipſi damni cauſſam fore ſignificat. Hæc quidem igitur ad ignis rationem con ſequentia abunde dicta ſunt.

De uenatione & canibus. Cap. XI

C Onſequēter de uenatione & canibus agere, cõmodum mihi uidet̃. Lina & furcillæ, pedicæ, laquei, & totus plagarũ ac indaginis ordo, et quę nubeculæ ſiue plagulæ appellant̃, omniaq́; quæ ad uenationē hoĩes cõparare ſolent, mala ſunt, & ſolũ his bona q fugitiuos per ſequunt̃, & q perditũ aliqd quærunt. cele rem enim horũ inuentionē prædicunt. Re liquis impedimenta rerũ neceſſariarũ pro pter cõplicationes, & picula & inſidias ſi-gnificant. In perniciē enim animaliũ hoĩes hæc præparãt. præſtat aũt talia habere, q̃ alium habentē uidere, quanto etiã melius eſt lædere q̃ lædi. Canes uenatici ad uena tionē exeũtes, oĩbus boni ſunt, & actionũ prænuncij. Verũ reis & in ius uocatis, ma li. A uenatione aũt redeuntes, intrepidi & ocioſi obſeruati ſunt, hoc eſt pauorem exi

munt

munt,& actiones impediũt. Sequitur porrò ad ſermonẽ de uenatione,ſermo de aĩalibus oĩbus terreſtrib. bipedibusq; & apodibus ac quadrupedibus. Initiũ aũt à quadrupedib. faciã. Canes alij ſunt q ad uenationẽ educant̃, & ex his alij ſunt ueſtigatores, alij feras pſequunt̃ & capiunt. Alij ad poſſeſſionũ cuſtodiã habent̃, quos domus cuſtodes & uinctos appellamus. Alij ad delicias, q Melitæi uocãt. Qui igit̃ ad uenationẽ aluntur, ea quę foris cõparant̃ bona ſignificãt,itemq; actiones. Quare bonum eſt ipſos uidere uenãtes, & qd accipiẽtes, aut iã accepiſſe, & ad uenationẽ exituros. Actionũ enim ſignificatiui ſunt. Qui uero in urbẽ redeũt,actionũ impeditionẽ ſignificant. Ab operis eñ ceſſant. Cuſtodes domus canes,uxores et famulos,& quæſitas poſſeſſiones ſignificãt. Quare ualentes & adulãtes bonã domus cuſtodiã, tum circa uxorẽ, tum circa domeſticos portendunt, & poſſeſſionũ multam ſecuritatẽ. Aegrotantes ijdem,morbũ denunciãt,& damnũ rei pecuniariæ. Aſperi uero aut latrãtes,iniurias ex huiuſmodi pſonis præſagiunt,& dãna magna. Alieni canes blãdiẽtes qdẽ,

dolos & inſidias ex malis uiris, aut mulie-
ribus alienis ſignificāt. mordētes uero aut
latrantes, aduerſitates & iniurias. et ſi albi
fuerint, aptas. Sin nigri, clācularias. Si ue-
ro rufi, nō omnino aptas. Si uarij, grauio-
res aduerſitates ſignificāt. Similes ſunt aūt
nō penitus generoſis, neq; liberis, ſed ual-
de uiolētis & impudentib. Tales eṁ ſunt
canū mores. Sępe uero et febres portende-
runt, ꝑpter aſtrū, ſiriū uidelicet ipſum, q fe-
bris cauſſa exiſtēs, à qbuſdā canis appella-
tur. Etenim uiolentū eſt & blandū aīal, &
febri ſimile. Porrò Melitæi, quæ iucūdiſſi-
ma ī uita ſunt ſignificāt, & qcqd inde uolu-
ptatis emergit. Proīde qcqd ꝑpeſſi fuerīt,
mœroris ac triſtitię ſignificationē habent.

De animalibus oīs generis. Cap. XII

O Ves uelut ueteres prodiderūt, al-
bæ quidē bonæ ſunt, nigræ uerò
malæ. Verū ut ego obſeruaui, o-
ues hoībus ſimiles ſunt, propterea ꝙ obe-
diunt paſtori, & in eadē caula cohabitant.
Suntq; progreſſus & profectus in melius,
ex ipſo noīe quo gręcis appellant̄ πρόβατα
uidelicet, ſignificatiuæ. Optimū igit̄ eſt &
multas proprias oues habere, & alienas ui
dere

dere ac paſcere, maxime his qui turbę præeſſe uolũt, & q ad magiſtratus puenerunt, & ſophiſtis, & doctorib. ac magiſtris, opa em̃ ſignificant. Inſup aũt & aries ad dominum referendus eſt, & ad principem, et ad regem. κρίνειν enim imperare ueteres dicebant, & greci ſane arietem κριὸν appellant, & græcis dux aries exiſtit. Bonũ eſt etiam ſuper ipſos uehi ſibi uideri, ſecure & per planos locos, præſertim philologis, & his qui ad diuitias parandas animum adiecerunt. Nam & uelox eſt animal, & Mercurij figuram referre creditur. Capræ neque albæ neq; nigræ bonæ ſunt, ſed omnes malæ. albæ quidẽ minus, nigræ aũt amplius, & maxime nauigãtibus. Nam & magnos fluctus caprarũ uocabulo, αἶγας uidelicet, græci appellare ſolẽt, & ſane poeta inquit: λάβρος ἐπαιγίζων, hoc eſt, fortis capriſſans, id eſt, Fortis & undoſus, de uehementi uento loquens. & pelagus maxime omnium horrendum Aegæum uocatur. Nuptias aũt, et amicitias, ac ſocietates, neq; conciliant, neq; iam contractas cõſeruant. Non enim gregatim paſcuntur, ſed ſeorſim in rupibus ac præcipitijs paſcen-

tes, & ſibiipſis & paſtori negotia exhibēt. Vnde etiam poeta latos caprarum greges dixit, quum inquit. οἱ δ' ὡς τ' αἰπόλια πλατὲ' αἰγῶν, hoc eſt. Hi uero caprarum grex uelut amplus. Et rurſus:

αἰγιβόταν αἰεί τ' ἀγαθὴν κουροτρόφον, hoc eſt, Capras paſcentem, & natos pulchros generantem. At uero de equis in ſermone de certaminibus prædictum eſt. Fuit quiſpiam ſomniorū interpres, qui cuidam qui ſibi uiſus fuit deſidere ſuper ariete, & ex ipſo ex anteriori parte cecidiſſe: erat aūt is procus, puellamq́; deſponſatā ſibi habēs, in illis ipſis diebus nuptias celebrare ſtatuerat: hoc ſomnium ſic expoſuit. Nimirū prædicere ipſi ſomnium, uxor tua ſcortabitur, & quod dici ſolet, cornua tibi faciet, atq; ſic euenit. & ſanè ob ſomnij præſagiū recuſatis nuptijs, & tandem uix poſt multum tēpus ab amicis perſuaſus, duxit quidem illā ipſam quæ antea ipſi erat deſponſata, Verum præ ſomnij timore, uxorem cuſtodiebat, & omnem diligentiam eius tutandæ gratia adhibebat: & illa quidem quum annum ſuperuixiſſet, inculpata, uita deceſſit. Quum autem aliam rurſus du-

xiſſet

xiſſet uxorē,& putaret ſomnij minas iam prætergreſſas eſſe, & impetū ſuum id perfeciſſe, in infortunium incidit. hæc enim ad ultimam ſcortationem progreſſa eſt. Aſini onus quoddam ferentes, & agitatori obedientes, ualentesq́ & uelociter ambulantes, boni ſunt & ad amicitiam, & ad ſocietatem. Ad hoc enim ut non ſumptuoſa ſit uxor, & ſodalis, ac amicus, etiam alacriter obedituros eſſe eoſdem ſignificant, itemq́ beneuolos futuros. Sed & ad alias actiones commodant, propter nomen ὄνοι, quo græcis appellantur. ὄνασθαι enim, id eſt utilitatem, ex prædictis ſignificāt, & uoluptatem ex ijſdem. Nam ſuauiſſimo dæmoni dicati ſunt Sileno. Boni ſunt etiā ad timores, propter hiſtoriam quæ de ipſis fertur, & fabulam apud omnes diuulgatam. Ad peregrinationes autem multam ſecuritatem prædicunt. Verum moras & tarditates operantur, ob ambulandi tarditatem. Muli ad omnia commodi ſunt, propterea quod ad operas commonefaciunt, & maxime ad agriculturam. Nanq; bobus parte hac multum ſunt anteferendi.

Solis nuptijs reſiſtunt & filiorum generationi

tioni, ob id quod ſemine gignitiuo hoc ani mal careat. Vbi uero efferati fuerint aſini aut muli, inſidias ex ſubditis ſignificant. Muli uero etiam morbum, quēadmodum ſæpe obſeruaui. Boues operarij omnibus boni ſunt, Gregarij uero turbationes & di uulgationes ſignificant, propter nomen, quo græcis βόες appellantur, ſed neq; peri-culum minus. Taurus autem non uulga-rem aliquē ſignificat, maxime ſi minetur, aut perſequatur. Item minas ex præminen tibus, ſi pauper ſit qui ſomnium uidit aut ſeruus. Nauigantibus autem tempeſtatem ſignificat, & ſi percuſſerit, naufragium, ex mali apice graue aliquid perpeſſo. Similis eſt enim malo nauis, & toti ipſius ſtructu-ræ, ob coria & cornua, atq; hoc ego ualde ſæpe obſeruaui, & ſemper concorditer in omnibus euenit. Hæc quidem de manſue-tis & familiaribus nobis animalibus. Re-ſtat autem ut & de feris dicamus. Leonem uidere manſuetum, & blandientem, & in-nocue accedentē, bonum eſt & utilitatem ferens, militi quidem à rege, Athletæ uero à bona corporis habitudine, plebeio ex principe, & ſeruo ex hero. His enim hoc

animal

animal ſimile eſt, ob potentiam & fortitu-
dinem. Quum autem minatur, aut aliquo
modo efferatur leo, timorē inducit, & mor
bum pręſagit. Similis eſt enim morbus ipſi
feræ, ſed & minas ab huiuſmodi uiris por-
tendit, aut pericula ex igne. Catulos leonis
& habere & uidere, ex æquo omnibus bo-
num eſt. Vt plurimū uero & filij genera-
tionem prædicit. Leæna eadem quæ leo ſi-
gnificat, præterquam quod minores com
moditates blandiēs, & minora damna mi
nans ac mordens portendit, eaq́ non ex
uiris ſed fœminis oritura. Obſeruaui autē
ſæpe & uiros opulentos criminoſos per
ipſam ſignificari. Eſt enim cinæda. Parda-
lis & uirum & fœminam ſignificat, male-
ficosq́ & malis moribus præditos, pro-
pter uarietatem coloris. Sæpe uero & gen
tes externarum nationum, in quibus plu-
rimi plagis inſigniuntur. Sed & morbum,
& aliquem alium timorem non uulgarem
ſignificat, & periculum circa oculos. Vr-
ſa mulierem ſignificat, Aiunt enim ex Ca-
liſtone Arcadica transformatum eſſe ani
mal ipſum, qui de transformationibus fa-
bulati ſunt. Significat et morbum, propter
feritatem

feritatem & motum, & peregrinationem, quoniã cognominis eſt ſyderi quod ſemper mouet, & rurſus propter illud ipſum, reditum præſagit. Etenim ſydus hoc ſemper in eodem mouetur, & nõ occidit neq; mergitur. Elephas extra Italiam et Indiam per ſomnium uiſus, periculũ & timorem ſignificat, propter colorem, & ob magnitudinem. Horrendum enim eſt animal, & maxime non adſuetis. Verum in Italia dominum ſignificat & regem, & uirum præminentem. Quare ubi portauerit intrepide, obediens ei qui in ipſo uehitur, lucrum ab huiuſmodi hominibus & beneficia pręſagit. Vbi uero lęſerit, damnum ex iĵſdem portendit. Sæpe aũt obſeruaui, quod Elephas perſequens & minans, morbũ prædicit, & ſi apprehenderit ac interfecerit, mortem ſomnianti ſignificat. Si uero non præhenderit, tum demum ſeruandũ præſagit, ubi ad extremũ periculũ fuerit redactus. Aiunt enim Plutoni ſacrũ hoc animal eſſe. At uero mulieri nequaquã bonus eſt Elephas, neq; uiſus, neq; accedens, neq; portans. Noui autem quandam fœminam in Italia opulentam & non ægrotantem, quę

ſibi

ſibi uiſa erat ſuper Elephante uehi, & non ita diu poſt uita deceſſit. Onagri inimicitiam aduerſus aliquē beneuolum non ualde generoſum ſignificant Habent enim aliquam aſinorum ſignificationem. Meminiſſe porrò oportet, quod omnia ſylueſtria animalia in communi ad inimicos referuntur. Semper igitur melius eſt ſuperare ea, quàm ab ipſis ſuperari. Inimicis enim ſuperiorem fore ſignificat, ita ut & uita illis ſuperſis. Lupus annū ſignificat, atque hoc propter Lycabantem, id eſt anni tempus, qui ei cognominis apud græcos exiſtit, ue luti poetæ appellāt. Contingit autem hoc ex eo quod circa hæc animalia accidere cō perimus. Semper enim in ordine quodam ſe mutuo ſequentia flumen tranſmittunt. Quemadmodum anni horæ inuicem ſuccedentes annum perficiunt. Significat etiā inimicum quendam uiolentū, rapacemq; ac maleficum, qui palàm aduerſum inſurgat. Vulpes eadē quæ lupus ſignificat, uerū in hoc differt, quod inimicos non palàm adorientes, ſed clandeſtine inſidiantes portendit. Vt plurimū uero mulieres inſidiantes ſignificat. Simia uirū maleficum

& im

& impoſtorem ſignificat. Cynocephalus eadem quæ ſimia ſignificat, apponit aũt euentui etiam morbum, ut plurimũ illum qui ſacer appellatur. Eſt enim Lunæ dicatus. Produnt autẽ ueteres etiam morbum hunc Lunę ſacrum eſſe. Sphingas & lynces & cercopithecos, hoc eſt ſimias quæ caudas habent, & ſi quod aliud eſt huiuſcemodi animal, ad eandem cum prædictis rationem referre oportet. Hyæna mulierem ſignificat ſemiuirum, androgynon gręcis dictum aut ueneficam, aut uirum cinædum non beneuolũ. Syagros ſiue aper pluuiam & tempeſtatem uiolentã ſignificat, his qui iter faciunt, aut nauigant, & litigantibus aduerſariũ potentẽ ſimulq; uiolentum, ac perfidum, ſceleſta uoce ſæpe utentem, agricolis aũt ſterilitatẽ, propterea quod plãtas peſſundet, & ducẽti uxorẽ, neq; benignã, neq; manſuetã coniugem copulat. Nihil uero miri eſt, ſi etiam ſyagros mulierem ſignificat. Nam ſi inepte æmulatur mulier, certe reperietur & aper exemplum ſui edens, uelut ſæpe obſeruaui. Quin & prouocatur hoc animal. Et merito uxorem ſignificat, ſic enim dicuntur quę ad libidinẽ

ſunt

ſunt procliues. Sed & κάπριον, id eſt, aprinū, infelix, Menander dixit. Ceruus in naui quidem gubernacula ſignificat, & nauis celeritatē, in uia uero promptitudinem motus ad eundū, & profectionē abſoluendam, aut uice uerſa difficultatē, prout ceruus fuerit diſpoſitus. In cæteris uero locis, fugitiuos, & eos quibus lis in iudicio intenta eſt, eamq; fuga euitarunt, & quibus conuictus hominū relinquūtur, perfidos quidē, uerū timidos & puſillanimos reddit. Quod ſi qđ eſt animal ex infrequētibus & raris, qđ aut Africa, aut Oceanus, aut Occidens gignat, & in hoc ſermonis cenſu nō reperiatur, id ipſum iuxta dictorū rationē, ſemp ad ſimile aut nō multū diſtās animal referre oportet, atq; ſic de ipſo iudicatiōes facere. Hæc igitur de quadrupedibus tum manſuetis, tum feris, regulariter pronunciare oportet, præſertim eos qui pompam ſermonis non ualde probāt aut expectāt, ſed ipſam rei ueritatē expendunt. Quin & illud conſiderare cōuenit, quod animalia ex māſuetis quidē fera facta, mala exiſtūt, ex feris autem manſuefacta, bona & utilia fiūt. Verū magnas omnino utilitates ſigni

ficant ea quæ etiã uocem humanã edunt, & maxime ubi quid boni & iucundi dicere uideantur. Quicquid aũt dixerint, omnino uera dicunt, fidemq́ʒ ipſis habere oportet, & ſiquidem ſimplex fuerit quod dictum eſt, ipſi per ſe animum adhibere. Sin ænigmatis ſpecie obſcuratum fuerit, tentare ac eniti ut interpretemur. Cæterum de apodibus deinceps agam.

De reptilibus Cap. XIII

Draco uiſus regẽ ſignificat, ob potentiam, dominũ item & magiſtratũ, & tempus, propter longitudinem, & quod exuat ſenectã, & rurſus iuueneſcat. Idem enim etiam tẽpori cõtingit iuxta certas anni horas, ut uidelicet ſeneſcât, ac rurſus adoleſcat. Diuitias itẽ & pecunias, propterea quod theſauris incũbit, & deos omnes, quibus eſt ſacratus. Sunt aũt hi. Iupiter reuerẽdus, ſol, ceres, proſerpina, hecate, Aeſculapius, Heroes. Quando autẽ acceſſerit, aut dederit aliquid, aut dixerit ꝗppiam, ingentia bona ſignificat, à relatis, aut per relatos deos aut dæmonas. Si uero cõtraria faciat, malus eſt. Circumplicatus aũt & perterrefaciens aliquẽ, grauia portẽdit

& uin

& uincula, & ægrotantibus perniciem, fere enim ad terram ducit. Nam & ipſe terræ filius eſt, & cõuerſationes ſuas in terra habet. Serpens morbum ſignificat, & inimicitiam inducit. Quomodo autem affecerit aliquem, ſic & morbus, & inimicus eum qui ſomnium uidit tractabunt ac excipient. Aſpis & uipera, argentũ ſignificant, propter multam rubiginẽ, & opulentas mulieres, ob eandem rationem. Hæ uero etiam mordentes bonæ à me obſeruatæ ſunt, item accedentes & circumplicatæ & circumuolutæ. Qualemcunq; aũt feram mulier habens in ſinu occultauerit, & ex ipſa delectetur, ſtuprabitur ab inimico eius qui ſomnium uidit. Si uero timeat aut triſtetur, ægrotabit. Et ſi uterum geſtauerit, corrumpet & non conſeruabit fœtum. Hydri eadem quæ ſerpens ſignificant, & morbum ex humoribus & liquidis, aut in aqua periculũ inducunt. Prædicunt etiam inimicos ex aqua aut per aquam quæſtus facere. Dryinæ & pareæ, ac phyſali, mali omnes ſunt, & iniurias ex aliquibus ſignificant, non urbanis, neque in ciuitate degentibus.

Seps uero, & dipſas, & diphas, & leo uocatus, & quæcũq; alia animalia, quæ multa adeò Nicander enumerauit; neq; uiſa, neq; prope accedentia ac impetentia, bonum quicq; ſignificant, ſed & pericula nõ uulgaria inducũt. Phalangia aũt et ſcorpij, & ſcolopendræ, malos hoies ſignificant.

De piſcatura Cap. XIIII

Agena, & gripus, & rete, & quæcũque alia ex lino texuntur ad piſcaturam, eadem quæ retia uenatoria, de quibus antea mentionẽ feci ſignificãt. Funiculi uero ſetacei, & hamuli, ac uncini, & qui Dolones appellãtur, dolos & inſidias ſignificant. Semper aũt melius eſt hæc habere ſibi uideri, q̃ alium habentem uidere. Capere piſces ſimul multos ac magnos, bonum eſt, & utilitatẽ ac lucrũ omnibus parit, exceptis his qui ſedentariũ opificium exercent, & ſophiſtis. Illis enim ociũ ſignificat ſomniũ, propterea quod non poſſint ſimul operas cõſuetas obire, ſimulq; piſcari, his uero ineptos auditores acceſſuros eſſe præſagit. Muti enim ſunt piſces. Parui piſces ſi præhendãtur triſtitiã ſignificãt, & nequaq; lucrum, horũ aũt mentionem

in

in primo libro ubi de cibo egi, feci, uelut ſunt, chalcides, mænulæ, ſardæ, pſæſtoa-phyæ, hoc eſt apuæ que in ſartagine frigũ-tur, & aliæ multæ piſciũ ſpecies. Iam uero ſpeciatim piſciũ ſingulæ ſpecies diuerſam ſignificationẽ habent, quorũ ratio hæc eſt. Quicunq; piſces uarij ſunt, ægrotantibus uenena, ſanis uero dolos & inſidias ſignifi cãt, uelut turdus, phuca, hiatula, Iulia, ſtro mateus, & conſimiles. Quicunq; uero pi-ſces rufi ſunt, ſeruis quidẽ et malefactori-bus, tormenta ſignificãt, ægrotantibus ue-ro, febrem uehementẽ, et inflammationes, his uero qui latere conantur manifeſtatio nem portendũt, uelut dentex, rubellus, cu-culus, mullus, quæ trigla græcis exiſtit, et fœminis liberos nõ habentibus bona eſt. Ter enim parit, unde et nomen ipſi meritò impoſitũ eſſe, et Ariſtoteles in libris de ani malibus, et Ariſtophanes in cõmentarijs in Ariſtotelẽ tradũt. Quicũq; piſces exuũ-tur boni ſunt ægrotãtibus, et in carcere de tẽtis, et pauperibus, et omnibus in aliquo infortunij caſu exiſtẽtibus. Deponunt enĩ incũbentia et circũſita mala. Exuunt aũt ſe necñã piſces cruſta intecti, ſquilla, locuſta

ſiue carabus, cancer, gãmarus, pagurus, & quæ graus, id eſt anicula appellatur, & quicunq́ſimiles exiſtũt. Eadẽ aũt genera etiã plagas ſæpe portenderũt, propterea quod ſeipſa feriãt, et peregrinatiões indicant, q͞a amphibia ſunt geminũq́ uictũ tũ in terra, tum in aqua habẽt. Quicũq́ piſces uentrẽ noſtrũ exturbãt, & ſterquilinia educũt, eadem quæ olera ſignificant, & eundẽ uſum hominibus exhibẽt, de quibus in ſermone de alimẽto libro primo dixi. Soluũt aũt aluũ, oĩa teſta intecta, purpura, murex, conchæ, rhombus, erinaceus, mitilus, peloris, chame, pectũculi, carcinades, & ſi ꝙ aliud huiuſmodi exiſtit. Purpuræ aũt & carcinades, piſcatorib. & purpuratorib. ſæpe cõferũt. Pina aũt & pinophylax, & cãcer, etiã ad nuptias & ſocietatẽ boni ſunt, propter mutuã ſocietatẽ ac beneuolẽtiã. Molles piſces ſolis his qui malefactũ quoddã aggrediuntur conducũt, Nã ipſi murato colore, & locis in quibus fuerint aſſimilati, latent, reliquis impedimẽta & detẽtiones ſignificant, ob uim retinẽdi & uiſcoſitatem, ſed & in actionibus multã imbecillitatem prædicũt, propterea quod oſſa nõ habẽt

Robur

Robur enim corporis ſunt oſſa. Sunt autẽ hi polypus, loligo, urtica, nauplius, porphyrio, ſepia. Hæc uero ſola, etiã fugã meditantes iuuat, propter dolum, quo utens ſæpe effugit. Meminit huius ſomnij etiam Antipho Athenienſis. Quicunq; uero piſces chartilaginei ſunt, ex his longi omnes uanũ laborem ſignificant, & quæ ſperamus nõ perficiunt, quoniã manibus elabuntur, & ſquamas non habent, quæ corpori circũſitæ ſunt, uelut hominibus colores. Sunt autẽ hi. Muræna, anguilla, congrus. At uero plani piſces etiã pericula ſignificant, propter feritatẽ, & inſidias, uelut, paſtinaca, torpedo, bos, & quę Aquila dicitur, muſtelus, ſquatina, & alia his ſimilia genera. Quicunq; piſces ſquamoſis quidẽ ſimiles ſunt, ſquamas aũt nõ habẽt, ſpes eius ꝗ ſomniũ de ipſis uidit diſſoluũt, uelut Thunnus, & ſpecies ipſius, pelamis, ſimos, malleolus, monedula, et cõſimiles. Mormyri aũt et melanuri, et ſcorpij, et gobij, morbũ præſagiũt, maleficis et iniucundis hoĩbus. Coracini uero et blemij, malis et inutilib. Piſces ſtagnorũ boni ꝗdẽ ſunt, uerũ minus. Nã et minus ꝗ̃ marini pretioſi

ſumptuoſiq; ſunt, et nō ſimiliter nutriunt.

De ranis Cap. XV

r Anæ homines impoſtores et ſcurras ſignificāt, Verū his qui ex turba rē parāt, bonæ ſunt. Noui aūt quendam famulū q ſibi uiſus eſt ranis pugnos et digitorū nodos incutere, et præfectus eſt domui domini, ita ut imparet hoībus qui in domo eſſent. Stagnū enim domū ſignificabat, ranæ uero hoīes in ipſa. Digitorū uero illiſio, quā græci condyliſmum Latini quidā Talitrum appellant, imperium.

De feris marinis Cap. XVI

f Erā marinā in mari exiſtentē uidere, nemini cōducit, excepto delphino. Hic eñ in mari uiſus bonus eſt, et q̊ abit, inde uentū ſpiraturū promittit. Extra mare aūt et liquidū, omnis fera marina bona eſt conſpecta, Non enim amplius lædere poteſt, quando neq; ſeipſum ſeruare ualet, utpote tremens et doloroſe moriens, quapꝓter inimicos ſupra hoc quod nihil cōtra nos efficere poſſunt, etiā malos male perdēdos eſſe ſignificat. Cęterum delphin extra mare uiſus nō eſt bonus, ex chariſſimis eñ aliquē defunctū uidere ſignificat.

De laris

De laris & mergis. Cap. XVII.

L Ari & mergi, & quæcũq; eiuſmodi marinæ aues, nauigantes in extremum periculum inducunt, ſed non perdunt. Merguntur enim tales aues omnes, & in mari non ſuffocant̃. Reliquis hoĩbus aut amicas aut ſcorta ſignificãt, aut uiros impoſtores, raptoresq; ac perfidos, ex aqua aut per aquam quæſtum ad alimoniam habentes. Porrò quę perdunt̃ in hoc ſomnio non inuenientur, quicquid enim cœperint deglutiunt.

De piſcibus mortuis. Cap. XVIII.

P Iſces mortuos in mari uidere aut reperire, non eſt bonum. uanas enim ſpes ſignificant, & quæ expectantur perfici nõ ſinunt. Viuentes autem piſces accipere melius eſt, ſiue ipſe ueneris, ſiue ab alijs emptos accipias. bonũ eſt etiam appoſitis ueſci, cęterum de præparatione ipſorũ, itemq; cõditura, ex carnium conditura iudicationes facere oportet. At uero putare piſcem in cubili uidere, iudicandum eſt ut malum, & nauigãti, & ægrotanti. illi enim naufragium, huic periculum ex humoribus & liquidis, aut p liqui-

 da ſigni-

da ſignificat. Quod ſi mulier prægnans ſe piſcem parere ſomniet, iuxta ueterum ſententiam, mutum pariet. Verum ut ego obſeruaui, breuis uitæ & non diu ſuperuicturum. Multæ uero etiam mortuos pepererunt. Omnis enim piſcis extra continens ſuũ, ipſam uidelicet aquam, poſitus morit̃.

De aucupio. Cap. XIX

c Calami aucupatorij & uiſcum, peregrinos cõgregant, & fugitiuos reperiũt, & ꝑdita ſeruant, & quæ expectamus perficiunt, uerum nõ omnia. Quæ enim longe diſtant ad utentem ducunt, hoc eſt ad aucupem. Quædam uero etiam calamos effugiunt. At uero quæ nubeculæ ac plagulæ appellãtur, & quæcũq; alia texta ſunt, et ad auium uenationẽ comparata, eandẽ cum ſagenis & retibus rationem habẽt. Cõſequenter aũt promiſſus ordo exigit, ut de aĩalibus uolatilib. dicam⁹.

De animalibus uolatilibus. Cap. XX

a Alites magnę diuitib. magis q̃ pauperibus cõducibiles ſunt. Paruæ aũt & pingues pauperibus cõmodiſſimæ. Etenim magnæ propterea ꝙ ſimplicib. cibis nõ utant̃, & aliquãdo magnos

appeten-

appetentes, & uulgarem auerſantes, fameſcunt. Verũ paruæ & ſeminilege parabilẽ uictũ habentes, nõ ita indigentiã tolerant. Cæterũ iuſtum uidet mihi eſſe etiã harum ſpeciatim mentionẽ facere. Aquilã uidere in petra deſidentẽ, aut in arbore, aut in al/tiſſimo loco, bonũ eſt ad actionem progredientib. timentibus uero, malũ. pegrinum etiã reducit. Volantẽ aũt uidere ſenſim & impturbatã, ſimiliter bonũ eſt. tardius aũt euenire ſolet, ut rationabile eſt. Aqla deſi/dens in capite eius q ſomniat, mortem ipſi præſagit. Quicqd enim unguib. apprehenderit mortificat. Vehi ſuper aqla, regibus quidẽ & magnatib. ac opulentis uiris interitũ prædicit. Vetus eñ mos eſt hos mor/tuos, tũ fingere, tum pingere aqlæ inſidentes, & per huiuſmodi opificia colere. pau/perib⁹ aũt bonũ eſt, ſuſcepti enim à qbuſ/dam diuitib. nõ parũ cõmodi ſentient, atq; id pegre proficiſcẽtes ut plurimũ, et ĩ alie/nã regionẽ tranſlati. Aqla minãs, minas uiri potentis ſignificat. Mãſueta aũt & acce/dens, aut dans aliquid, & uoce ſua loquẽs, bona obſeruata eſt. Mulier ſi aquilã pare/re ſibi uidebitur, filiũ gignet, qui ſi quidem fuerit pauper, militabit, & toti exercitui

imperabit, uelut aquila auibus. Nam & aquila omnem exercitum præcedit. Sin mediocris fortunæ fuerit, athleta euadet, & regi familiaris erit. Si uero diues, multis imperabit, aut etiam regnabit. Aquilam mortuam uidere ſoli ſeruo conducit, & ei q aliquem timet. Nam mināti & domino mortem portendit. Reliquis actionum impedimenta ſignificat. Significat etiā aquila pręſentem annum. Eſt enim nomen eius ſcriptū græcis, uox uidelicet ἀετὸς, nihil aliud quàm primus annus. At uero iuxta aquilarum differentiam, etiam differentes ac diuerſos euētus euēturos eſſe iudicandū eſt. Harpe mulierem ſignificat regiam & opulentam, & quæ ob pulchritudinem ualde ſuperbit, ſibiq; placet, & aliàs benignā, ac bonis moribus pręditam.

Aegypius eadem quæ aquila ſignificat.

Vultures & figulis, & tinctoribus coriorum, boni ſunt, propterea qd ab urbe ſeorſim habitāt, & quod mortua corpora contingant. Medicis aūt & ægrotis mali, mortuis enim gaudent corporibus, ſignificant etiā inimicos ſceleſtos & execrabiles, non habitantes in urbe. Sed et ad alia oīa incōmodi exiſtunt.

Accipi-

Accipiter & miluus, raptores & prædo-nes ſignificãt. Accipiter manifeſtos & pa-làm impetẽtes. Miluus clãdeſtine inſidian-tes. Coruus adultero & furi aſſimilari poteſt, & propter colorem, & quod ſæpe uocem alteret.

Cornix, multum tempus & dilationem re-rum agendarum ſignificat. & aniculã pro-pter annos, & hyemem, propterea quod hyemis nuncia exiſtat.

Sturni turbam ſignificãt & uiros egenos, itemq; uanam turbationem. quam ſignifi-cationem etiam graculi habent.

Palumbes & colũbæ mulieres ſignificãt. palumbes quidẽ omnino ſcortatrices. Co-lumbæ uero aliquando etiam honeſtas & matresfamilias. Licet autem & ex multis, de una muliere coniecturam facere. & ex una de multis. Significant etiam columbæ in rebus agẽdis delectationem, propterea quod Veneri ſunt ſacræ. Sed & ad amici-tias ac ſocietates ac conciliationes omnes, bonæ ſunt. propterea quod congregatim uiuant. Grues & ciconiæ, gregatim qui-dem & agminatim ſi uideantur, prædonũ incurſum ac hoſtium aduẽtum ſignificãt.

hyeme

hyeme uero conſpectę, tempeſtatem indu-
cunt, æſtate autem ſiccitatē. ſeorſim autem
& ſingulatim tum ciconia, tum grus com-
modant, & ad peregrinandū, & ad reditū
ab externis, propterea quod ſecundū tem-
porum circuitus uideātur & profectionē,
& reuerſionē ſiue trāſmigrationem ſerua-
re. Cōmodant etiam ad nuptias, & libero-
rū generationē, propterea quod etiā ipſæ
nubant ac filios generent. Maxime aūt ad
liberos gignēdos ciconia apta eſt, propter
ſubſidium alimonię quod nati parentibus
retribuere ſolent. Cygnus uirum ſignifi-
cat muſicū, atq; adeò ipſam muſicā. & oc-
culta reuelat propter colorem. Aegrotan-
tibus aūt conſpectus quidem, ſalutem præ
ſagit. canens uero auditus interitū. Non e-
nim canit prius quàm morti uicinus ſit.
De hirundine in ſermone de morte mētio
nem faciam. Pelecanes uiros perfidos ſi
gnificant, improuide & præter rationem
omnia faciētes, & furta, itemq; fugitiuum,
prope flumen & ſtagnū eſſe ſignificant.

De auibus paluſtribus. Cap. XXI

Anates & quæcunq; aliæ paluſtres
aut fluuiatiles aues, eadem quæ lari
& mer-

& mergi ſignificant. Quandoquidem ue/ro etiã inſecta animalia uolant, ea ipſa quoque in auium cenſu recenſebo.

De apibus. Cap. XXII

A Pes agricolis quidẽ, & his qui ex ipſis quæſtũ faciunt, bonæ ſunt. reliquis turbatiões prædicũt, propter bombũ & ſonum quem edũt. & uul/nera, propter aculeũ. & morbum propter mel & cerã. Inſidentes aũt capiti ſomniantis, exercitus duci ac imperatori futuro, bonæ ſunt. reliquis malæ, & ut plurimũ à turba aut militibus interemptũ iri eum qui ſomnium uidit præſagiunt. Similes eñ ſunt turbæ aut exercitui, propterea quod duci ac regi ſuo ſubiectæ parent. Occidunt aũt, eo qđ morticinijs inſidãt. Includere apes bonũ eſt, ſimiliter bonũ eſt omnibus ipſas occidere, agricolis tantũ exceptis. Ve/ſpæ omnibus malæ ſunt. Significant enim in malos & crudeles hoïes inciſurum ali/quem eſſe. Locuſtæ & parnopes & ma/ſtaces appellati, agricolis ſterilitatẽ, aut ſe/minum corruptionẽ ſignificãt. lædũt enim ſemina, eaqꝫ corrumpunt. Reliquis cũ malis uiris aut mulierib. rem fore ſignificant.

Scarabæi

Scarabæi, gallerucæ, quæ græcis melolonthæ, & cicendulæ, ſolis his q ſordida & inhoneſta opificia exercent, utiles ſunt. Reliquis & damni, & actionum periculoſarũ ſignificatiui ſunt, maxime unguentarijs et aromatarijs.

De nauigatione. Cap. XXIII

SI quis nauigans uideatur ſibi bene nauigare, omnibus bonum eſt, uerum in tempeſtatem incidere, triſtitias & pericula ſignificat. At uero naufragium facere, naue aut ſubuerſa, aut corrupta, aut petris illiſa, omnibus nociuũ eſt, exceptis his qui ui ab aliquibus detinentur, & ſeruis. hos enim à detinentibus liberat. Similis eſt enim nauis his qui ipſos retinent. Semper autem melius eſt in magna naue nauigare, & quæ ſolida onera habet. quandoquidem parua nauigia, etiamſi bene quis nauiget, non abſq; timore bona inducunt. Inſuper & illud melius eſt, per mare uidelicet nauigare q̃ per terram. Nam per terram nauigare, tardiora & difficiliora, & uix euẽtura bona ſignificat. Peius autem eſt, ut quis per mare nauigans tempeſtatem incidat, quàm ſi per terram. Si uero

quis

quis uelit nauigare & non poſſit, aut ui ab aliquibus detineatur, impedimenta & de/tentiones aggreſſionum ſignificat. Simili/ter etiã per terram nauigare, arboribus aut petris obiectis & in medio poſitis, deten/tiones & impedimenta ſignificat. Videri porrò nauigia à terra per mare nauigãtia, aut bene curſum abſoluentia, omnibus bo num eſt. & peregrinationis ſignificatiuũ, & peregre profectis reuerſionis. Sæpe ue/ro etiam nuncios marinos prædixit. & ex portu quidem in altum educta nauigia, tar diora bona faciunt. Iam enim auſpicantur nauigationẽ, ex alto uero in portũ redeun tia et appellentia, citius: iam enim ad termi num nauigationis ꝑuenerunt. Portus ſem per ſignificant benefactores & amicos, e/tiam qui artificiales exiſtunt omnes. Sco/puli autẽ & ſubterfugia, eos quos per ne/ceſſitatẽ, & nõ uoluntarie amamus, quiq́ꝫ neqꝫ nobis uolentes benefaciunt. Ancoræ uſuum neceſſitatem & ſecuritatem ſignifi cant, peregrinari aũt prohibẽt. Semper e/nim ob nauium detentionẽ eijciũtur, eaq́ꝫ gratia repertę ſunt. Rudẽtes, & funes nau tici quibus naues ad terrã religantur oẽs,

debitum ſignificāt, & redempturas, & pa-
cta, & detētiones. Malus nauis, dominum
ſignificat nauis aut domus. facies ſiue pro
ra nauis, proretam. Puppis, gubernatorē.
gubernacula, nauigationē, aut ipſius nau-
cleri pueros. Carina, merces naui inditas.
Arma, nautas. Apex ſiue cornu, tœchar-
chos, id eſt lateribus præfectos. Qualiſcun
que igitur nauis pars ardeat aut corrūpa-
tur, naue ſtationem habente, ueriſimile eſt
ſimile & per ipſum ſignificatū corruptum
iri. Verum naue curſum ſuum peragente,
et non quieſcente, non uulgare periculum
circa illam ipſam partē fore ſignificat, na-
ue uiolenta tempeſtate compreſſa. Vnde-
cunq; aūt ignis in nauem feratur, inde tem
peſtatem futuram prædicit. Noui autem
quēdam nauclerum qui ſibi uiſus eſt deos
in naui locatos perdidiſſe, & quū ualde ti-
meret ipſe, putaretq; ſomniū perniciem ſi-
gnificare, totum contrariū in bonum eua-
ſit. Re enim multum aucta, æs alienum cre
ditoribus exoluit, quibus nauis erat oppi-
gnorata, atq; cōtigit ipſi hoc modo, ut non
amplius haberet qui nauē detinerent. Sem
per porrò bonum eſt, mare leniter purpu-

reum

reum & undoſum uidere. Actiones enim magnas denunciat. Tranquillitas autem actiones impedit, propter motuum ceſſationem. Tēpeſtas uero turbationes & damna portendit. Horum enim eſt cauſſa.

De agricultura. Cap. XXIIII

Seminare, & plantare, et arare, qđ ſignificent in tractatione de artibus prædictū eſt. Nūc de his quæ agriculturā ſequuntur ſermonem faciam. Aratrum bonum eſt ad nuptias, & liberorum generationē, & ad actiones. tempus aūt & moras apponit euentibus. Iugum alijs quidem bonum eſt, uerum ſeruis obſtaculū eſt libertatis, quare fractū magis ꝙ integrū his conducit. Falx ablationis et damni ſignū eſt, propterea quod oīa diſſecet, & nihil uniat. Indicat & ſemeſtre temporis ſpatium. Eſt enim dimidiū circuli. Bipennis ſeditionis & damni, ac pugnæ ſignū eſt. Aſcia mulieris, & muliebris quæſtus et queſtus quidē muliebris, propterea ꝙ tenēti cōducat et attrahat. Mulieris aūt, propter ipſum nomē, quo græcis ἀξίνη appellat̄. Vomer, & pala, & uānus, & uentilabrū, damnū & abiectionē amiſſionēq́; ſignificant

gnificāt. Vomer aūt priuatim, uelut ſæpe obſeruaui, etiā uidētis ſomniū pudendū ſi gnificat. Quare neq; fractus uomer, neq; ꝑditus bonus eſt. Lora iugi, & ſubligar, per omnia bona ſunt, maxime ad nuptias & ſocietatem. Cophini famulos ſignificant. Plauſtra uitā ſomniantis, propterea quod ex multis compoſita ſunt, & multa portāt, & alias alia. Quū tamen aliquis ex tra tempus et horam anni, uindemiare, aut metere, ſibi uideatur, ſiue bonum ſiue malum fuerit id quod aggredi cōſtituit, in illam ipſam horam anni qua hæc fieri ſolēt, ea quæ ſignificantur differt. Faſces, ma nipuli, & acerui ſpicarū, remoras in rebus agendis ſignificant, itemq; laborem. Talia enim nondū cibi idonei exiſtunt. Siri & foueæ ſubterraneæ, ac foſſæ frumentariæ, omiaq; in quibus adſeruātur & deponuntur ſemina frugū, uxorem ſignificāt, & uictum ac ſubſtantiam bonorum eius qui ſo mnium uidit. Vnde neq; ſi cōterantur, neque ſi cōcidant, bona iudicantur. Septa, ambitus, ſepes, pali, & foſſæ circum termi nos egeſtæ, mala quidem ſunt, ſed timenti bus ſecuritatem ſignificant. Ad motus ue

ro &

ro & peregrinationes, non penitus conue niunt. Nam detentiones ſignificāt, proptere a quod quæ intra ipſa ſunt concludant. Iuxta reliquas uero aggreſſiones, auxilia rios & adſtātes adiutores, & qui in neceſſi tatibus ſubſidio ſunt, ſignificant. Ceterum cōſequenter de arborib. ac plātis agemus.

De arboribus omnis generis.

Cap. XXV

Quercus uiros ſignificat opulētos, ob alimoniā. Huius enim fructum comedebāt Arcades, et Archæus inqt, Arcades ex dura uiuentes glande. Indicat & ſenem propter annoſitatem, & tempus, eadem gratia. Olea mulierē ſignificat, & certamen, & principatum, & libertatem. Quare bonum eſt floridā uidere, & radicibus innixam, & fructū habentem maturū ac tempeſtiuū. At uero ſi uindemiantur oleæ, aliſs quidē omnibus bonæ ſunt, uerum ſeruis plagas præſagiunt, propterea quod cū plagis fructus eius decutiatur. Legere autem oliuas de terra, aut eaſdem terere, labores & moleſtias ſignificat. Laurus mulierem ſignificat opulentam, ob perpetuam uiriditatem. & formo

ſam, ob ſpecioſitatẽ. & eorum quæ ſpera-
mus irritum ſucceſſum, ob amaritudinẽ, et
quod edi non poteſt. In medicis autẽ & ua
tibus ad artem referẽda eſt, propter Apol-
linem. Cupreſſus lõganimitatis, & mo
ræ ac dilationis ſignum eſt, propter longi-
tudinem. Pinus & ſtrobili, naucleris &
omnibus nauigantibus ad naues referen-
dæ ſunt, propter nauium ſtructuram, et pi
cem, & reſinam, quæ ex huiuſmodi arbori
bus fiunt. reliquis omnibus pigritiam et ti
mores ſignificãt, propter ſolitudinis amo-
rem. Mali punicæ, & mali, et piri, ac pi-
raſtri, et omnia huiuſcemodi, eãdem cum
fructu ſuo rationẽ habẽt, de quo in tracta-
tione de alimento dixi. Platani, et popu
li nigræ & ulmi, et oxyæ, & fraxini, oĩaq́;
ſimilia, ſolis his qui ad bellũ & militiã ani-
mum adiecerunt, et fabris lignarijs cõdu-
cunt. illis propter quæſtũ quem ex ipſis fa
ciunt. his propter opificiũ quod his fabri-
candis exercent. Reliquis propter ſterilita
tem, paupertatẽ & inopiã portendunt. So
la populus alba athletis cõfert, atq; id pro-
pter Herculem. Buxi, myrti, & rhododa
phnæ, mulieres ſcortatrices & non ualde
hone-

honeſtas ſignificant. & his qui ad agendũ aliquid prodeunt bonæ ſunt. Et ægris refectionem ac ſanitatem portendũt. Reliquis uani laboris ſigna exiſtunt. Cęterum de reliquis arboribus iuxta prædictã rationem iudicationes facere oportet, ita ut ſemper ſimilia euentibus aſſumamus. Etenim nihil aliud eſt ſomniorum iudicatio, quàm ſimilis appoſitio. Quin & eius meminiſſe proderit. Quod arbores bonũ quiddam ſignificantes, florentes & fructum ferentes bonæ exiſtunt. Arefactæ autem, aut funditus euerſæ, aut fulmine ictæ, aut aliàs igni combuſtæ, contraria ſignificant. Et rurſus, quæ malum quiddam ſignificant, & abſurdos euentus habent, hæ arefactæ & corruptæ, commodiores exiſtunt. Conſequẽter porrò poſt agriculturam, iuſtum fuerit & de ſtercore dicere.

De ſtercore omnis generis. Cap. XXVI

ſt Ercus bubulũ agricolis ſolis conducit, ſimiliter & equinũ, aliudꝗ om̃e, excepto hũano. Reliqs triſtitias & dãna ſignificat. Ingnans uero etiã morbũ.

Solis autem his qui ſordida opificia exer/
cent conducit, eiſq; utile eſſe obſeruatum
eſt. At uero humanũ ſtercus multum ſi ui/
deatur, multa & diuerſa mala ſignificat.
Habet autem hoc modo. In platea, et foro,
et omni publico loco conſpectũ, prohibet
uti locis in quibus fuerit. Sępe uero & pro
gredi impedit, & aliquãdo obediẽtes uxo
ribus ſuis magna mala luere fecit. Abſur/
dum eſt & humano ſtercore inquinari ali/
cunde defluente. Noui quendã qui ſibi ui/
ſus eſt, ſociũ & familiarẽ quendã diuitem,
qui ipſi amicus erat, per ſomniũ in caput ei
cacare. hic ſucceſſor bonorũ & hęres illius
ſocij factus eſt. Et rurſus uiſus eſt ſibi quiſ/
piam à quodã familiari paupere percaca/
ri, & ab ipſo multum læſus eſt, ampliusq;
cõfuſione magna pudefactꝰ eſt. Veriſimi/
le enim erat, illũ quidẽ opulentũ bona ſua
ſomnianti tributurũ eſſe. hunc uero paupe
rem, & nihil quod relinqueret habentem,
eum qui ſomniũ uidit cõtempturũ eſſe, &
in magnã cõfuſionem proiecturũ. Si uero
quis ſeipſum ſtercore inqnet, crura ſua in/
de cõſpurcãs, eaq; ꝑcacãs, ſibijpſi magno/
rũ malorũ autor erit, inſuperq; ægrotabit.
Malum

Malum eſt etiam ſi quis in cubile ſtercus emittat, magnum enim morbum præſagit. Nam qui exurgere non poſſunt, & in extremis conſtituti ſunt, cubile percacant. Sæpenumero uero & uxorem & amicam diſſociat ſomniū, culpa ſomniantis, et non uxoris, propterea quod cubile inqnet. Ceterum ſi quis in domo quam in habitat humi aluum exonerare ſibi uideatur, non amplius domo uſurum eſſe ſignificat. Non enim iucunda eſt in inquinatis conuerſatio. Omnium autem periculoſiſſimum & maxime horrendum eſt, in templo dei cacare, aut in foro, aut platea, aut balneo. Deorum enim iram, & magnam turpitudinem, & damnum non uulgare præſagit. Inſuperq; & occulta manifeſtat. Sæpe uero etiam odium ſomniantis efficit. At uero cacare aliquem deſidentem in oleto, aut ſuper matula ſolida, multaq; ſtercora excernere, omnibus bonum eſt. Multam enim alleuationem curarum omniſq; triſtitiæ ſignificat. Corpus enim poſt aluum exoneratam leuiſſimum redditur. Commodat et ad peregrinationē huiuſmodi ſomnium, & ad eius qui apud exteros peregrinatur

reditum, atque hoc propter ipſum nomen quo græcis ſtercus ἄφοδος, quaſi reditus & ſeceſſus appellatur. Ego uero obſeruaui & iuxta litus, & in uijs, & in aruis, & iuxta flumen, et ſtagnũ cacare, bonũ eſſe, idemq́; ſignificare ſicut ſi quis putet ſe in oleto excernere, recte & rationabiliter huiuſmodi ſic eueniente. Neq; enim loci illi à cacante læduntur, exhibentq́; ipſi cacanti cõmoditatem, ut abſq; turpitudine onus uentris deponat. Sequitur autem ad hunc ſermonem, ut & de fluminibus, & fontibus, ſtagniſq; ac puteis dicamus.

De fluminibus, ſtagno, fonte, ac puteo Cap. XXVII

Lumina purã & perſpicuam aquã habentia, & quiete fluentia, bona ſunt ſeruis, & litigãtibus in iudicio, & peregrinari uolentib. Similia enim ſunt flumina heris & iudicib. propterea quod faciant quæcunq; uolũt citra correctionẽ, & ex ſuipſorum ſententia. Similia ſunt item peregrinationibus & motibus, propterea quod aqua non maneat, ſed ſemper præterfluat. Vbi uero turbatum & ſordidum fuerit flumen, dominorũ et iudicum

minas

minas portẽdit, & ab omni peregrinatio-
ne arcet. Si uero etiã aliquã poſſeſſionem
eius qui ſomniũ uidit abreptam uexerint
flumina, omnino damnũ maius inducunt,
unaq; cum damno etiã periculum ſignifi-
cant, ſi ipſum uidentẽ ſimul abripuerint,
& adhuc peius eſt, ſi in mare deuexerint.
Malum eſt & in flumine ſtare ac adundari
circumallabente flumine, & nõ poſſe exi-
re. Neq; enim ſufferre poterit quis mala ex
hoc inſomnio, etiam ſi ualde magno ac ge-
neroſo animo præditus ſit.

Torrentes autem iudices ſignificant incle
mentes, & dominos inſuaues, & turbas,
propter uiolentiam & ſtrepitus magnitu-
dinẽ. Bonũ eſt hos penetrare, maxime pe-
dibus, aut etiam natatu, Si uero quis reuer
tere ſe putet, ob id quod torrentem tranſ-
mittere non poſſit, melius eſt ipſi deſiſtere,
& non amplius lites agere, neq; dominum
in præſens adire, neq; in turba uerſari. Na
tare ſibi uideri in flumine aut ſtagno, ad ex
tremũ piculũ deuenturũ eſſe ſignificat, ſed
magis ſi flumine natet. Quęcũq; eñ piſces
in terra patiunť, talia uerißimile eſt & homi
nẽ in liqdo paſſurũ eſſe. Semper uero me-
lius

lius eſt pernatare inceſſanter, q̃ natatori interim ſomnum obrepere. Fluuius in domũ fluens purus, uiri diuitis in domum ingreſſum præſagit, unde utilitas inhabitantibus eſt acceſſura. Turbatus uero ac turbidus, & maxime ſi quid eorum quę in domo ſunt mouetur, inimici uiolẽtiam ſignificat, qui & domum & inhabitatores multo damno afficiet. Si uero è domo effluat fluuius, opulento uiro & multum potenti conducit. Imperabit enim urbi, & multa munifice & liberaliter in rempublicam expendet, Multiq́ꝫ in domum ipſius uenient egeni & indigentes, omnes enim flumine opus habent. Cæterũ uiro pauperi criminatur uxorem, aut aliquẽ ex domeſticis, adulterijs inquinatum, aut aliâs turpiter ſe gerẽtem. At uero aliã aquam in domum fluentem uidere, ardentem domum uiſurum eſſe ſignificat, ſi quidem turbida fuerit aqua. Pura enim poſſeſſiões & pecunias acceſſuras præſagit. Puteum uidere in domo aut agro qui prius non fuit, bonum eſt: bonorum enim acquiſitionem ſignificat. Ei uero qui uxorẽ & liberos nõ habet, uxorem & liberos portendit. Nym

phæ

phæ enim ſunt in puteo, & queadmodum uxor, ſic puteus domeſticis neceſſaria, & quibus opus habent, exhibet. Bonū eſt & plenum puteum uidere aqua inundante, modo non ſuperfundatur, quandoquidem aqua quæ ſupereffunditur & ex puteo fluit, bona quæ acceſſerunt, uxorem uidelicet & liberos, nō permanſura eſſe preſagit. Eadem ſignificatio eſt etiam, ubi alieni homines eam ipſam aquā ex puteo hauriant. Stagnum magnū eadem quæ flumē ſignificat, exceptis peregrinationibus, hoc enim à peregrinando arcet, propterea quod aqua in ipſo non fluat, ſed ſemper in eodem loco manet. Paruū autem ſtagnum aut etiam mediocre, fœminam ſignificat opulentam rebus uenereis gaudentē. Suſcipit enim & ſtagnum eos qui inſcendere uolunt neminemq; arcet. Optimum inſuper eſt & in ſtagno, aut flumine nauigare, & non natare. Fontes autem & ſcaturigines, & ſalientes, aqua bona inundantes, omnibus ex æquo boni ſunt, maxime ęgrotantibus & egenis, alteris enim opulentiæ, alteris ſalutis ſignum exiſtunt. Nihil enim æque nutrit ut aqua. Reſiccati autem fontes

tes & aquam non habentes, contraria omnibus ſignificant.

De paludibus, montibus, uijs, ſaltibusq́ ac conuallibus Cap. XXVIII

Paludes paſtoribus ſolis conducũt, reliquis actionũ impedimenta ſignificant, & uiatoribus impedimento ſunt, propterea quod imperuiæ exiſtant. Montes aũt & ſaltus, uallesq́ ac cõualles, & ſyluæ omnes, triſtitias & timores, & turbationes & ocia præſignant. Seruis uero & malefactoribus tormenta & plagas, Et diuitibus damna, propterea quod cædantur, & ſemper aliquid amittãt. Præſtat aũt ſemper tales penetrare, et uias in ipſis inuenire, & ex his in cãpos deuenire, & non in ipſis ſomno obrui. Qualeſcũq; porrò uias ſe quis ambulare putauerit, eiuſmodi uita utetur. Etenim latæ & planæ ac leues & campeſtres, multam in rebus agendis facilitatem prædicũt. Verum leues ſed tamen accliues, cum dilatione & anxietate ac triſtitia, propoſita ſucceſſura eſſe ſignificant. Si uero quis tranſgreſſum eſſe & ad finem perueniſſe ſe putet, decliues quidem omnibus actiones impeditas & infectas red-

dunt

dunt, exceptis timentibus & fugientibus. Hos eñ citius effugituros eſſe præſagiũt. At uero anguſtæ penitus uiæ anxietates portendunt.

De foro iudiciario & litibus Cap. XXIX

f Orum iudiciale, & iudices, & aduocati, & leges, omnibus turbationes & anxietates & ſumptus intẽpeſtiuos præſagiunt, & occulta reuelãt. Aegrotantibus uero iudicatorios dies prænunciant, in quibus ſi quidem per ſomnium uicerint, in melius uitam tranſmutabunt. Si uero damnati fuerint per ſomniũ, morientur. Si uero quis litem habens exiſtimet ſe in iudicis loco ſedere, non dãnabitur. Neque enim iudex ſuam ipſius cauſam damnabit, ſed potius aliorum omnium.

De medicis Cap. XXX

o Mnibus litem habentibus medici cõſpecti eandem cum aduocatis rationem habent.

De omni principatu Cap. XXXI

r Egnare ſibi uideri, ægrotanti quidẽ mortẽ prædicit. Solus enim rex nemini ſubiectus eſt, quemadmodum

etiam

etiam mortuus. Sano uero cognatorum et ſodalium omnium amiſſionem ac ſeparationem portendit. Eſt enim inſociabile regnum. Malefactori autem uincula ſignificat, & occulta reuelat. Cōſpicuus eſt enim rex, & à multis cuſtoditur. Idem ſignificat etiam regius ornatus, hoc eſt ſceptrū, diadema, et Halurgis. Si pauper ſibi uideatur regnare, multa faciet ſplendide et glorioſe, ſed nullo ſui compendio aut lucro. Seruo regnare libertatem ſignificat. Omnino enim regem liberū eſſe oportet et nemini ſubiectum. Regnare optimū eſt philoſopho et uati, Nihil enim liberius eſt ſana mente, neq; quicquam regalius eſſe putamus. Ducem exercitus eſſe, adſuetis bonum eſt. Pauperibus autē turbationes ſignificat et diuulgationes. Seruis uero libertatem. Scribam eſſe ſibi uideri, alienas et nihil ad ſe pertinentes res curare ſignificat, ex quibus labor quidem multus ſomniāti erit, utilitas autem nulla penitus. Aegrotanti uero etiā hic principatus mortem præſagit, propterea quod præeat ſcriba. Seruo idem ſomnium œconomiam et fidem ac autoritatem conciliat.

Vrbi

Vrbi præeſſe, aut pueris pręfici, aut mulieribus curas & uexationes ei q ſomniũ uidit denunciat, propter rempublicam aut pueros aut mulieres. Præfectum annonæ eſſe, his qui ad medicinam animum adiecerunt conducit, & maxime his qui diætetices, quæ uictus rationem habet, ſunt ſtudioſi, propterea quod annonæ præfectus alimoniæ ac ciborum curam gerit. Reliquis turbationes ac diuulgationes ſignificat. Si uero & lites intenderit, & ſumptus inutiles fecerit, omnino etiam uituperium habebit. Neq; enim poteſt abſq; his annonæ præfectus degere. Erogationes publicas elargiri de ſuo, ægris mortem prædicit, & bonorum diſſipationem. Sanis uero turbationes & diuulgationes. Solis autem his qui omnino inopes ſunt, bonum eſt & lucroſum hoc ſomnium. Non enim poſſibile eſt elargiri multis eum qui non multa habeat. Bonum eſt & ſcenicis, & thymelicis, & omnibus qui ſe in turbam demittũt. Honorem enim multum ex turba acceſſurum eſſe ſignificat. Laudãtur enim ac prædicantur qui erogationes & congiaria diſtribuũt. Vbi datur porrò congiarium ui-

p deri

deri ſibi id accipere, bonum eſt. Non acci-pere autem, non bonum eſt omnibus, ſiue publica ſit erogatio, ſiue priuata. Mortem enim prædicit palàm, quoniã in mortuos non amplius congiarium diuiditur. Noui autem quendam ad olympia profectum, ut iſthic decertaret, qui ſibi uiſus eſt, græcorum iudices athletis dare panes, ipſi autem tardius uenienti, illos nõ habere quod darent, & ſanè alij omnes uates iudicaue-runt eum ad certamen non peruenturum eſſe. Et mihi quidem meritò ſic iudicaſſe ui debãtur, Etenim ſic euenit. Poſt factã enim deſcriptionem, ſtatim ut nomen dediſſet, mortuus eſt. Qualiſcunq; principatus purpurã aut aurum geſtare cogit eum qui principem agit, is ipſe interitum ægrotan-tibus ſignificat, & occulta reuelat. Sacer-dotem fieri, & ſacerdotium à populo acci-pere, omnibus bonum eſt, exceptis his qui occultantur. Inſignes enim ſunt ſacerdo-tes. Cuiuſcunq; autem dei ſe putet quis ſacrificum eſſe eiuſmodi bonum ipſi à tali-bus uiris ſiue mulieribus eueniet. Con-gregationi aut domui præfici, eorumq; cu-ram gerere, uexationes & moleſtias tẽpo-

rales

rales inducit, ſæpe uero etiam damna, maxime his qui ſibi uidentur de ſuis munifici eſſe ac elargiri, & cœnas quaſdam facere, aut congiaria diuidere.

Omne ſacerdotium omnis'que magiſtratus ac principatus, à quibus mulieres excluſæ ſunt, ſi mulier putet ſe ſacerdotio fungi, aut principem eſſe, mortem ipſi prædicit. Et rurſus, omne ſacerdotium & omnis principatus, cuius uiri exortes ſunt, aut propter conſuetudinem, aut legem, ſi uir putet ſe ſacerdotio fungi, ſimiliter ipſi mortem præſagit.

De bello, exercitu, ac militũ delectu Cap. XXXII

Bellum et bellica opera, omnibus turbationes & anxietates ſignificant, exceptis militibus & ducibus belli, & his qui ex turbis, aut ex armis, aut in armis quæſtũ faciunt. His enim opulentiam prędicũt. Cæterũ ex armorũ generibus, eà quæ uelãdi corporis gratia fabricata ſunt, multã ſecuritatẽ prædicunt, uelut ſunt ſcutũ, galea, thorax et ocreę. Quę uero procul iaciũtur, ſæpe delictorũ inuitus admiſſorũ

cauſa exiſtunt, itemq́; ſeditionum ac contentionis, uelut haſta, lancea, iaculum & funda. Machæra & gladius animum ſomniantis ſignificant, & manuum fortitudinem, & mentis audaciam. Scutum autem proprie mulierē ſignificat, itemq́; galea, diuitem quidem & formoſam, pretioſa. Pauperem uero & deformem, non pretioſa. Delectum militum habere, aut militare, his qui quōcunq; ægrotant mortem ſignificat. Nam qui militat ex priuato uitam ſuam tranſmutat, & ad alias conuerſationes tranſit priore relicta. Sæpe uero etiam ſenibus mortē prædixit, reliquis autem uexationes & moleſtias, & motus præſagit, & peregrinationes. Segnibus & ocioſis ac indigentibus actiones ſignificat & quæſtus. Neq; enim ocioſus eſt miles, neque indigus. Seruis æſtimationem quidem maiorē portendit, ſed tamen nondum manumiſſionem. Multi autem manumiſſi nihilominus ſeruierunt & ſubditi fuerunt. Nam tametſi liber ſit miles, nihilo minus ſeruit.

De pugna

De pugna ſolitaria. Cap. XXXI

Vellum et pugnam ſolitariam cum
d uno ſolo committere, litigare ſignifi
cat, aut aliam aliquam ſeditionē, &
pugnā depugnaturū eſſe. Pugna enim ap/
pellatur etiam pugillatus ipſe, etiamſi non
per arma fiat. Eadem ſignificant & mul/
ctæ & iura pugnantium. Semper autem
arma fugientis, in iudicium uocari ſignifi/
cant, arma uero perſequentis, in ius uoca/
re. Obſeruaui ego ſæpe etiam nuptias por
tendere eiuſmodi ſomnium, talis mulier/
culæ, qualia erant arma eius qui putauit ſe
pugilatu decertare. Quando uero citra no
menclaturam non poſſunt demonſtratio/
nes manifeſte exhiberi, utar etiam ipſis ſe/
orſim appellationibus. Si quidem igitur
quis armatus pugillatum decertare ſibi ui/
deatur, uxorem ducet, diuitem, callidam,
& primi loci cupidā, & diuitem quidem,
propterea quod hoplomachus armis eſt
protectus, callidam aūt, quod gladiū nō ha
beat erectū. Primi uero loci amantē, pro/
pterea quod aſcendat & inuadat. Si uero
quis argēteis armis pugilatū decertet, uxo
rem ducet mediocriter opulentā, fidelē, &

domum cuſtodientẽ,ac uiro obedientem. Nam ſubit & protectus eſt, & formoſior eſt hæc armatura priore. Si uero quis cõtra ſequutorẽ pugnet, formoſam quidem ducet uxorem & opulentã,uerum faſtuoſam propter opes,& ob id uirum contemnentem, & malorũ cauſam futuram, ſemper enim perſequitur. Si uero contra Retiarium, uxorem ducet inopem & amatoriam, & fugitiuam, & quæ ſe facilime cuique uolenti adiungit. Eques autem uxorem diuitem quidem eſſe dicit & generoſam,uerum mentem non habentem.

Aridareus ſegnem & fatuam uxorem ſignificat. Probactor formoſam quidem & gratioſam,uerum audaculam & amatoriam. Dimachærus autem, & qui orbelas appellatur, aut ueneficam, aut aliàs malignam,aut deformẽ uxorẽ ſignificat. Atq; hæc nõ ut probabilia,neq; ut qui iuxta ueri ſimilitudinẽ libros componit,ſcribo,ſed per experientiam edoctus,per quã ſingula ſic euenire ſolere ſæpenumero obſeruaui.

De cultu deorum Cap. XXXIIII

SAcrificare dijs ea quę unicuiq; ſolẽnia ſunt & legitima, omnibus bonũ eſt

eſt. Aut enim bona adepti homines dijs ſacrificant, aut aliàs ad ipſorum tutelam confugientes. At uero nõ ſolennia aut non legitima ſacrificia dijs offerre, iram deorum, quibus aliquis ſacrificauit, denũciat. Alios aũt ſacrificantes uidere, malũ eſt ægrotanti, etiam ſi Aeſculapio ſacrificantes uideat, propter mactatæ uictimæ interitum & cædem, mortem enim ſignificat. Coronare deos floribus & ramulis cõueniẽtibus, eisq; recepto more dicatis, omnibus bonũ ſignificat, non tamen citra curas euenturũ. Seruum autem admonet hoc ſomnium, ut domino obediat, & quæ illi grata ſunt faciat. Extergere deorũ ſtatuas, aut purgare, aut ungere, aut locos ante ſtatuas uerrere, aut etiam ante templa, deliquiſſe quid contra illos ipſos deos ſignificat. Noui ego quendam qui ex hoc ſomnio peccauit in eum deum, cuius ſtatuam purgare ſibi uidebatur, atq; hoc erat quod ſomnium ipſi prædicebat, ꝙ uidelicet uideret ſe ſupplicẽ deo. Cõterere ſtatuas deorũ, & eijcere è domo intus ſtantes & ſacratas, aut deſtruere tẽpla, aut ꝗd impiũ in tẽplis facere, oĩbus malũ eſt, et magnas clades portẽdit.

Qui enim in magnis calamitatibus uerſan/
tur, etiam à pietate erga deos recedunt.
Quod ſi ſua ſponte dij diſcedant, ſtatuæq́ꝫ
ipſorum concidant, mortem ei qui ſom/
nium uidit, aut alicui ſuorum præſignant.
Dei deis ſacrificantes, deſertam domum
ſomniantis fore ſignificant. Tanquã enim
non ſint homines, ſibijpſis ſacra faciunt;
& ob raritatem colentium ipſos ſibijpſis
legitima ſacra perſoluunt. Si uero mo/
ueantur deorum ſtatuæ, omnibus timores
aut etiam turbationes ſignificant, exceptis
his qui in uinculis ſunt, & qui peregrinari
deſtinauerunt. Horum enim alteros libe/
ros fore ſignificant, ut quo libeat moue/
re ſe poſſint, alteros ex ſedibus mouent &
educunt.

De dijs cœleſtibus ac terreſtribus
Cap. XXXV

d Eorũ alij ſunt intelligibiles, alij ſen/
ſibiles. Et intelligibiles quidẽ plures
ſunt. Senſibiles uero pauci, de qui/
bus ſequenti ſermone adhuc exactius de/
clarabo. Iam uero hoc tradamus, deorum
alij Olympij ſunt, quos etiam Aetherios
uocamus, alij cœleſtes, alij terreſtres, alij
marini

marini, alij fluuiatiles, alij ſubterranei, alij hos circũ circa ambientes. Aetherij igitur meritò dici poſſunt, Iupiter, Iuno, Venus, Vrania, Diana, Apollo, & ignis ætherius, & Minerua. Cœleſtes autẽ ſol, luna, aſtra, uenti, & nebulæ, & ſub his conſiſtentia ac coagmentata parelia, & trabes, et iubar, & iris. Sunt autem hi uiſibiles ſenſibiles omnes. Ex terreſtribus autem ſenſibiles quidem ſunt hecate, pan, ephialtes, & Aeſculapius, qui etiam ſimul intelligibilis dicitur. Intelligibiles uero Dioſcuri, Hercules, Dionyſius, Mercuriꝰ, Nemeſis, Venus popularis pandemos græcis appellata, Vulcanus, fortuna, Pitho, ſiue Suada, Charites, horæ, Nymphæ, Veſta. Marini deinde intelligibiles ſunt, Neptunus, Amphitrite, Nereus, Nereides, Leucothea, Phorcys. Senſibiles autem ipſum mare, undæ, litora, fluuijq́; ac ſtagna, & Achelous. Subterranei poſtea & inferi ſunt, Pluto, et Proſerpina, ceres, Core, Iacchus, Serapis, Iſis, Anubis, Harpocrates, Hecate ſubterranea, Erinnyes, & dæmones qui iuxta hos ſunt, & timor & terror, quos aliqui Martis filios dicunt, Ipſum autẽ Mar-

tem alicubi inter terreſtres, alicubi inter ſubterraneos deos locare oportet. Qui demum circum circa hos ambiunt dij, ſunt Oceanus, & Tethys, & Saturnus, & Titanes, & natura uniuerſorũ. Porrò ſi quem in progreſſu ſermonis deum protulero, ſimul repetã ſermonem ac rationẽ de ipſo. Ex his itaq; propoſitis dijs olympij, multũ potentibus tum uiris, tũ fœminis, proſunt ſi cõſpiciant. Mediocribus uero cœleſtes, pauperibus terreſtres. Subterranei aũt ut plurimũ ſolis agricolis, & qui cœlare quid conãtur, boni ſunt. Sicut marini & fluuiatiles nauigãtibus, & his qui ex aqua, aut ꝑ aquam, quæſtũ faciunt. Qui uero hos circum circa ambiũt dij, omnibus mali ſunt, exceptis philoſophis. Hi enim uſque ad finem uniuerſi mentem ſuam extendũt. Cæterum de ſingulis dijs ſigillatim dicere euidentioris doctrinæ mihi eſſe uidetur. Primum igitur de olympijs ſermonẽ faciam.

De Ioue olympio.

i Ouem ipſum uidere qualem eſſe opinamur, aut ſtatuas ipſius ĩ cœlo proprium ornatũ habentes, bonum eſt uiro regi, et opulẽto, alterius enim

diuitias

diuitias, alterius fortunã ac regnum adau‑
get. Aegrotãti uero ſalutẽ præſagit, ſed &
alijs bonus exiſtit. Præſtat aũt ſemꝑ quie‑
te ſtãtem, aut in throno ſedentẽ, ita ut non
moueatur, deũ uidere. Si uero moueatur,
& id qdẽ ad exortũ, bonus eſt. ſin ad occa
ſum, malus. queadmodũ etiã ſi nõ propriũ
habeat habitũ. Nam ut Panyaſis ait, inuali
da & imbecilla fore negotia ſomniãtis prę
dicit.

De Iunone & Rhea.

Iuno eadem mulieribus quæ Iu‑
piter uiris portẽdit, uerũ uiris mi‑
nora. Eadẽ aũt ſignificatio Rheæ
eſt, quæ & ipſius Iunonis.

De Diana.

Diana timẽtibus bona eſt, nã quum
Artemis græcis appellet̃, propter
ipſum ἀρτεμὲς, hoc eſt incolumi‑
tatem, intrepidos ipſos conſeruat. Eſt &
puerperis bona hæc dea, λοχία enim à cu‑
rando partu, græcis uocat̃, ſicut latinis Lu
cina à proferẽdo in lucem eodem dicitur.
Venatoribus etiam uel maxime cõducit,
propter Dianã ἀγροτέραν appellatã, et pi‑
ſcatoribus, propter eandem λιμνῆτιν di‑
ctam. priore ab Agra regione, in qua pri‑
mum uenata eſſe fert̃, poſteriore à ſtagno

deducta appellatione. Fugitiuos autem & ea quæ perdita ſunt, inuentum iri promittit, nihil enim deam effugit. Agrotera autem & ceruos perſequẽs, & arcum pro inſigni habẽs, ſemper cõmodior eſt ad actiones obeundas, quàm quæ iuxta alium modum fabrefacta eſt. Cæterũ qui caſtiorem uitam delegerunt, his ſubmiſſus & frugalis deæ habitus melior eſt, uelut eſt Diana Epheſia, & Pergæa, & quæ apud Lycios Libera appellatur. Nihil autem differt, ſiue deam qualẽ eſſe credimus, ſiue ſtatuam ipſius uideamus. Siue enim carnei dei appareant, ſiue uelut ſtatuæ ex materia fabricatæ, eandem rationem habent, uerum citius tum bona, tum mala ſignificãt ipſi dij immortales conſpecti quàm ſtatuæ ipſorum. Dianam nudã uidere iuxta omnem modum nemini conducit.

De Apolline.

a Pollo muſicis bonus eſt, eſt enim eloquentiæ & totius Muſicæ inuẽtor deus. Bonus eſt & medicis, pæon enim appellatur, & uatibus & philoſophis, perfectos enim & celebres ipſos fore præſagit, occulta etiam reuelat, idem enim

enim cum ſole eſſe putatur. Apollo porrò delphicus peregrinationes & motiones ſignificare conſueuit.

De Minerua.

M Inerua bona eſt manuarijs artificibus, propter appellationem, Ergane enim hoc eſt operatrix uocatur. bona eſt & uxorem ducere uolẽtibus, pudicã enim & domum cuſtodientẽ uxorem futuram eſſe præſagit. Bona eſt & philoſophis, prudentia enim eſſe putatur ipſa dea, unde etiam ex cerebro ipſam natam eſſe aiunt. Eſt & agricolis commoda, eandem enim quam terra rationem habet, uelut philoſophi tradunt. Conducit & belli ſtudioſis, eãdem enim cũ Marte rationem habet. At uero mulieribus ſcortatricibus & adulteris mala eſt. Inſuper & nubere uolentibus, eſt enim uirgo hæc dea.

De igne ætherio.

I Gnis ætherius omnib. bonus eſt, maxime ægrotantibus, ſalutis em̃ ſignum ipſis exiſtit, quoniam demortui ipſo non fruuntur. Conſequenter porrò de cœleſtibus dicemus.

De ſo-

De ſole. Cap. XXXVI

Sol ab exortu emergens ſplendidus & purus, ſubiensq; ſic in occaſum, omibus bonus eſt, aliꝭs enim actiones prædicit, expergefacit enim ex ſomno, et ad agendũ cohortať. aliꝭs puerorum generationẽ, ſoles eñ maſculos liberos parẽtes adblandientes appellãt. ſeruos aũt liberos facit. Solẽ enim etiã libertatem hoĩes uocãt. reliquis ad opes parandas cõmodus eſt. At uero eos qui latere & ſe occultare conãtur lædit, omnia enim reuelat & cõſpicua facit. Sol ab occaſu exoriens, occulta reuelat eorũ qui ſe latere putant, & ægrotũ poſt deſperationẽ erigit, & lippientẽ non fore cæcũ dicit, ex multis enim tenebris lucẽ uidebit. & apud exteros degentẽ reducit, etiã ſi iam deſperatus exiſtat. Bonus eſt & ei qui ad occidentẽ abire inſtituit, reditũ enim ipſi inde prædicit. & ei qui ab occaſu aliquẽ expectat, iam enim ipſum ad reditũ accinctum eſſe ſignificat. Reliquis ad omnẽ aggreſſionẽ & omnem ſpem cõtrarius exiſtit. & quæ ꝓpoſuimus pficere non ſinit. Nã ſi hic cõtrario naturę motu moueatur, ueriſimile eſt et totã naturam

ram, & eius partes ægrotare. eſt aũt omni-no etiã is qui ſomniũ uidit pars aliqua to-tius naturæ. Cæterũ pro ratione dictorũ, etiã ſolem à meridie aut ſeptẽtrione orien tem, aut in meridiẽ uel ſeptentrionẽ occi-dẽtem iudicare oportet. Sol obſcurus, aut ſubcruentus, aut præ feruore murmurãs, omnibus malus & abſurdus eſt, partim a-ctionum impedimenta indicans, partim li beris ſomniãtis morbum aut periculum, aut ipſius oculis morbum prædicit. Eis ue ro qui aliquid latere uolunt, et timentibus cõmodus obſeruatus eſt, alteri enim late-bunt, alteri nihil patientur mali. Obſcurus enim ſol minus adurit. Sol in terrã deſcen-dens incẽdíj ac uſturæ ſignũ eſt. Idem ſigni ficat etiam ſi in quoddã domiciliũ intraue rit. Sol in cubile alicuius incumbens & minans, morbum magnũ & inflammatio-nes prædicit. Si uero q́d dicat boni aut de-mõſtret, opulentiæ ſignũ eſt. Multis uero etiã filiorũ generationẽ prædixit. Sol diſ-parens oĩbus malus, exceptis his q́ latere uolũt, et q́ arcana opant̃. Vt plurimũ uero oculorũ cęcitatẽ futurã, aut liberorũ interi tum prædicit. Sol nõ qualis eſt, ſed qualis

ab ho-

ab hominibus eſſe putatur, & recepto more colitur, in humana ſpecie ſi uideatur, habitum habẽs aurigæ, athletis bonus eſt, & his qui peregrinari cupiunt, & aurigis. uerum ægrotãtibus periculoſus & pernicioſus exiſtit. Semper autem melius eſt ſolis ſplendorem in domum intrantem, quàm ipſum ſolẽ uidere. Splendor enim propterea quod lucidiorem domum facit, acquiſitionem bonorum portẽdit. Sol uero non ſuſtinere poſſe eos qui in domo ſunt malorum uim ſignificat. Nemo enim contra ipſum tueri poteſt. Sed neque dans aliquid, neq; auferens ſol, bonus exiſtit. dans etenim pericula denũciat, auferens uero perniciem. præſtat porrò ſemper ſtatuam huius dei in templo locatã uidere, baſiq; innixam, q̃ ipſum deum qualis eſſe creditur. Nam & bona perfectiora hoc ſomnium prædicit, & mala minora. Qualis autem eſt, & qualis in cœlo apparens cernitur, talis ſanè ſi per ſomnium uideatur, bonus itidem fuerit.

De luna. Cap. XXXVII

Luna uxorem ſignificat ſomniantis, itemq; matrem, nutrix enim eſſe putatur

tatur. & filiam & ſororẽ, Core enim, id eſt puella appellatur. & pecunias & diuitias & negociationem decernit, itemq́ꝫ nauigationem, ad huius enim motum gubernatores nauigant. & peregrinationem, quia in perpetuo motu uerſatur. & ſomniãtis oculos, quoniam uidendi etiam ipſa cauſſa eſt & domina. Cõmunem porrò omnes dei rationem habent ad dominos. Mares quidem ad mares, fœminæ uero ad fœminas. Recte enim uetus prouerbium ait: Quicquid dominatꝛ uim habet dei. Quare ſi quidem in melius et iucundius mutetur luna, utilitatem ab his aut per hos qui dominantur ſignificant. Si uero in peius, detrimentum ex ijſdem aut per eoſdem. Similiter etiam quum plures fiunt lunæ, & quum ea quæ eſt euaneſcit. At uero ſi quis putet ſe imaginem ſuam in luna uidere, ei quidem qui liberos nõ habet, filij natiuitatem præſagit, mulieri uero ſomnianti, filiæ. Cernit enim unuſquiſque ſimilem ſuijpſius imaginem, hoc eſt filium uel filiam. Bonum eſt hoc ſomnium & nummularijs, & fœneratoribus, & ſymbolo conuiuali colligendo præfectis, multũ enim quæſtũ facient. Bo-

num eſt & his q̃ uideri uolunt, uerũ occul-
tatos reuelat. Aegrotantes aũt & nauigan
tes occidit, illos quidem morbo inter cu-
tem aquæ ſubijciens, quoniã natura humi
da exiſtit. Hos uero ĩ naufragiũ delapſos.
Quæcunq; bona ſol ſignificat, eadem præ
dicit etiã luna. Similiter & quæcũq; mala,
ſemp̃ tamen minora. Nã & hæc minus ca-
lida eſt q̃ ſol. Significatq; ſemp̃ euentus nõ
ſine fœmina p̃ſona perfectum iri.

De ſtellis. Cap. XXXVIII

Stellæ ſimul oẽs ſplendidę ac puræ
conſpectæ, & ad peregrinationẽ,
& ad alias actiones, & ad arcana,
bonæ ſunt. Neq; enim eandẽ cum ſole aut
luna rationem habent. Nam & abſque his
cõſpicuæ exiſtunt & illuſtres. Cum his ue
ro aut penitus latentes, aut obſcuriores ap
parent. Vnaquæq; autem ſtella priuatim
aut à colore, aut magnitudine, aut motu,
aut figura motus iudicetur, ſi ſanè quis er-
rorem uitare uelit. quæ res uel maxime in
aſtrorum ſpeculationis tractatione mani-
feſta fieri poteſt. At uero aſtra ſiue ſydera
ſingula iuxta ſuas uires etiã euẽtus faciũt.
uelut, quæ hyemis ſunt cauſſa, anxietates
& pericula, & turbationes ſignificãt. Quę

uero ſerenitatis, felicitatẽ & ꝓſperitatẽ, & opulentiã. Quę deinde conſtitutionis ſolſtitij cauſſa ſunt, æſtiua mutationem in melius ſignificant, hyberna, in peius. Quin et aliqua ex ipſis, etiã fabulis quæ de ipſis feruntur, ſimiles euentus inducunt, de q̃bus ſingulatim dicere longũ ſanè foret, præſertim quum tota ratio ipſorũ omnibus nota ſit, q̃ ſaltem nõ penitus eruditionis omnis ſunt expertes. Stellę deficiẽtes è cœlo, diuitibus quidẽ multam paupertatẽ & ſolitudinem ſignificãt. Simile eſt enim cœlũ domui ſomniãtis, ſtellæ uero poſſeſſionibus opibusq́ ac hominibus in domo. Pauperibus uero interitũ prę ſagit. Solis aũt his bonum fuerit huiuſmodi ſomniũ, qui magnũ aliquod malũ ꝑpetrare propoſuerunt: ꝑficient eñi utcũq; ardua tentauerint. Audiui porrò quodã mihi narrãte, quod q̃dã putarat ſtellas è cœlo oẽs defeciſſe, & caluus factꝰ eſt. Quã enim rationẽ habet cœlũ ad totũ mundũ, eandem habet etiã caput ad corpus. & rurſus, quam rationem habent ſtellæ ad cœlum, eandem etiam capilli ad caput. Cæterum neque delabentes in terram ſtellæ, neque diſparentes bonæ ſunt.

Multorũ enim perniciem pręſagiunt. Magnæ quidem, hominũ magnæ æſtimationis, uulgariũ uero & ignobilium paruæ & obſcuræ. Sed neq; furari ſtellas ſibi uideri bonũ eſt. Vt plurimum enim ſacrilegi hoc ſomniũ ſomniantes euaſerunt, non tamen elapſi, ſed deprehenſi pœnas pependerũt. & perpetrauerũt quidem facinus, propterea quod ſtellis potentiores eſſent. deprehenſi uero ſunt, ob id quod plus quàm humanarum uirium eſt tẽtaſſent. Inſuper uero neq; comedere ſtellas bonum cuipiam eſt, exceptis uatibus, & qui cœleſtium ſpeculationi ſunt intenti, his enim quęſtum ſignificat & multam rerum acquiſitionem. reliquis interitũ præſagit. Malum eſt item ſub tecto ſtellas uidere. Aut enim domum deſertam redditam, detectum & exuſtum iri ſignificant, quo etiam intus ſtellæ appareant, aut dominum domus moriturũ eſſe. At uero parelij, & trabes, & iubar, & ſtellæ quæ cometæ ſiue crinitæ appellantur, item ſtellæ barbatæ ſiue pogoniæ, eadem ſignificant, quæ facere ſolent, ubi in aere apparentes ſunt cõſpectæ.

De

De iride. Cap. XXXIX

I Ris dextra quidem conſpecta bona eſt. Siniſtra uero mala. Dextrã autem & ſiniſtram, nõ ad cœlum intelligere oportet, ſed ad ſolem. Quomodocunq; aũt apparuerit, ſemper his qui in multa paupertate, aut alio aliquo infortunio conſtituti ſunt, bona iudicetur. Hæc enim aeris conſtitutionẽ & ſtatum ſemper mutat, et ambientẽ alterat, omnibus aũt in infortunio cõſtitutis, & aliqua calamitate preſſis, bonę ſunt prȩſentis ſtatus mutationes.

De nebulis. Cap. XL

N Ebulæ albæ felicitatis ſignificatiuæ ſunt, & à terra in cœlũ ſurſum uergentes ut plurimũ peregrinationem ſignificãt, & eos qui apud exteros uiuunt reducunt, & occulta reuelãt, fuluæ aũt improſperũ rerum ſucceſſum ſignificãt. Caliginoſæ, anxietates. Nigræ, tempeſtatẽ aut triſtitiã.

De uentis. Cap. XLI

U Enti leniter & placide ſpirãtes boni ſunt. impetuoſi uero & uiolenti, homines iniucũdos et perfidos ſignificãt. Turbines aũt & uenti uehementes pꝰicula & magnas turbationes indu[illegible]t.

Sed hoc conſiderare oportet, Quod uenti nubilũ aerem facientes oĩbus quidẽ alijs q in propatulo agunt, mali ſunt. Solis uero his q occultãt boni. Qui ſerenitatis cauſa ſunt, cõtraria ſignificãt. Porrò his q ex peregrinatione reduces expectãt, ſemper hi uenti boni ſunt, qui ex his regionibus ubi illi peregre degunt, ſpirant. Contrarij uero eoſdẽ apud exteros detinent. Atq; hæc quidem de cœleſtibus, uerum de terreſtribus dijs hoc modo iudicare conuenit.

De dijs terreſtribus. Cap. XLII

Enſibiles quidem dei timorum et periculorum & calamitatũ ſignificationem habẽt. Nam interdiu impetentes eiuſmodi malorũ cauſſa fiunt. Significãt item diuerſimode, & nihil ſimile inter ſe unuſquiſq; apparens. Velut uerbi gratia, Hecaten uidere trina facie prædi tam ſup baſi ſtantẽ, motus & pegrinationes ſignificat. ἐνοδία enim dea appellatur, propterea quod in uijs ſtatua eius poni ſoleret. Eandem uero unam faciẽ habentem uidere, om̃ibus malum eſt. Vt plurimũ ab externa regione aut ab externo hoĩe mala futura prædicit. Semper aũt præſentiũ rerum ſtatu emouet ſomniantẽ, & in ijſdem

manere nõ ſinit qualicunq; tandem ſpecie appareat. Si uero moueatur ipſa dea & ob uiam ueniat, iuxta habitũ, & aſpectũ, & ea quæ ab ipſa tenent̃, euentus ſignificat. Sed de his dicere, neq; piũ, neq; tutũ eſt. Quorum ſanè omniũ ratio manifeſta eſt his qui eius deæ ſacris initiati ſunt. Qui uero non initiati ſunt, ab initiatis diſcãt. De pane.

An paſtorib. bonus eſt, propter paſturam, & uenatoribus, propter feritatẽ. Reliq̃s ſeditiões & tumultus ſignificat, & ea propter quæ q̃s maxime ſibi placet nõ firma eſſe. Nõ em̃ ſecure ſuffultos pedũ greſſus deus ipſe habet. Dicũt aliq̃ q̃ Dionyſiacis artificib. cõmodum ſit numen. De Ephialte.

Phialtes idem eſſe q̃ Pan credit̃, & latinis incubus appellat̃. Diuerſa autem ſignificat, grauiter em̃ premẽs & nihil reſpondẽs, tribulationes & anguſtias ſignificat. Quicq̃d aũt reſponderit interrogatus, hoc uerũ eſt. Si uero etiam q̃d dederit, & coiuerit, magnas utilitates prædicit, maxime ſi nõ grauauerit. Quicq̃d uero accedens fecerit, ægrotos erigit. Nunq̃ enim mortuos homines accedunt panes.

De Aeſculapio.

Eſculapius locatus in templo, &
a ſuper baſi ſtans cõſpectus & ado
ratus, omnibus, & in omnibus ag
greſſionibus bonus eſt, breues ſolũmodo
morbos inducere ſolitus. Si uero moueat,
aut accedat, aut in domũ ingrediatur, mor
bum et peſtẽ præſagit. Tũc enim maxime
hominibus opus eſt hoc deo. His autẽ qui
iam ægrotãt ſalutem prædicit, pæon enim
deus appellatur. Semper porrò eos qui do
meſticis uſibus ac neceſſitatib. inſeruiunt,
& domus uillicos, Aeſculapius indicat.
Verum in litibus aduocatos & patronos
ſignificat.

De dioſcuris.

Ioſcuri nauigantibus hyemẽ por-
d tendũt, his uero qui ſuper terram
ſunt ſeditionem, aut lites, aut bel-
lum, aut magnum morbum. Ad finem ue-
ro omnibus malis indẽnes liberant, & eos
qui iam in aliqua clade ſunt cito eripiunt.
Seruatores enim dij ſunt, uerum eorũ qui
prius in aliquo timore diſcrimineq; ac pe-
riculo fuerunt.

De

De hercule

h Erculem uidere aut ſtatuam ipſius, omnibus bonum propoſitũ habentibus, & iuxta legem uiuentibus, bonum eſt, & maxime ſi ab aliquibus iniuria afficiantur. Semper enim hic deus, etiam quum in humanis eſſet, auxilium tulit iniuria oppreſſis, eorumq́ uindex ac aſſertor fuit. Verũ his qui præter leges faciunt, & qui iniuſtum quiddam perpetrant, malus eſt deus, ob eandẽ rationem. Bonus eſt autem prodeuntibus in certamen, aut ad litem, aut pugnam aliquam. Callinicus enim quaſi præſtans uictor, deus appellatur. At uero uideri ſibi cõuerſari cum deo, & aliquid communiter facere, aut eodem cibo communicare, aut habitum eundem habere, aut à deo leoninã, aut clauam aut aliud quoddam armorum genus accipere, omnibus abſurdum & malum eſſe obſeruatum eſt, & ſanè per longam experientiam huiuſmodi cognoui, quanquam hæc nullo cuiuſquam bono euenire, & rationi & ueritati conſentaneum eſt. Qua enim deus uſus eſt uita, eam ſomnianti impartitur, Dura autem & erumnoſa erat dei uita,

quum in humanis ageret, etiamſi ualde clarus & illuſtris eſſet. Sæpe uero & in eiuſmodi monſtra illapſurum eſſe ſignificat, quibus ipſe deus hæc arma habens congreſſus eſt.

De Dionyſo

Ionyſus agricolis cōducit, qui lignoſum fructum plantāt, & maxime uites. Cōducit & cauponibus, & omnibus dionyſiacis artificibus. Bonus eſt & his qui in infortunio aliquo uerſant̃, quietem enim & liberationem à malis ſignificat, propter ipſum adeo nomen, Eſt enim dionyſus dictus ab eo quod expediat & perficiat omnia, hoc enim ſignificatur per uerbum διανύειν græcis, unde dionyſi appellatio eſt formata. His uero qui delicatā uitam degunt, & præſertim pueris, turbas & pericula & inſidias & diuulgationes ſignificat, propter hiſtoriā quæ de deo narratur, & propter naturalem dionyſi rationē. Maximi enim periculi hominibus autor ipſe deus exiſtit, & tamē nihilo minus etiam hos ſeruat, & corrumpi non ſinit. Iter facientibus & nauigantibus malus eſt deus. Nam palàm & ex propinquo prædonum

donum incurſus ſignificat, & uulnera, & obtruncationes. At uero chorus qui dionyſum comitat̃, uelut ſunt Bacchi, & Bacchæ, & Baſſaræ, & ſatyri, & panes, & quęcunque alia ſunt ſimilia nomina huic deo ſacra, tum ſimul omnes, tum unuſquiſque ſeorſim, magnas turbas & pericula, & diuulgationes ſignificāt, excepto ſileno, qui ſolus omnibus bonus eſt, & his qui ad agendum aliquid prodeunt, & timentibus. Choream deo ducere, aut thyrſum aut arbuſculam geſtare, aut aliud quid gratum deo facere, omnibus malum eſt, exceptis ſeruis. Illis enim propter emotionē & perculſionem mentis, deſipientiam et cladem prædicit. His uero quod nihil rerum curæ ſuæ commiſſum habent, & propter dei appellationem, ac benignitatem, libertatis ſignum eſt.

De Mercurio

M Ercurius bonus eſt his qui ad eloquentiā animū adiecerunt, & athletis, & pædotribis, & omnibus mercatoriā uitā degentibus, & libripēdis, propterea quod omnes huiuſmodi hoīes deū

hunc

hunc pro tutelari numine uenerantur. bonus eſt & peregrinari uolentibus. Alatum enim deum eſſe putamus. Reliquis ſeditiones & tumultus denunciat, ægrotantes autem occidit, propterea quod animarũ ductor eſſe creditur. Mercurius quadrangularis, σφηνοπώγων ab incuneata barba appellatus, ſolis philologis conducit. Verum quadrangularis & imberbis, nihil his conducit. Etenim quod amputatam barbam habet, omnium eorum qui circũ ſomniantem ſunt interitum præſagit.

De Nemeſi

Nemeſis ſemper bona eſt uiuentibus ſecundum legem, & moderatis hominibus, & philologis. At uero contra leges delinquentibus, & his qui aliquibus inſidias ſtruunt, & magnas res auſpicantur, contraria exiſtit, eorumq; conatus impedit, Nam impedimento eſſe, & obſtare his quæ inconſulte & præter animi noſtri ſententiam fiunt, Nemeſim uocamus.

Quidã produnt quod dea hæc bona quidem in peius uertat. Mala autem in melius.

De ue-

De Venere

u Enus pandemos, hoc eſt popularis appellata, circulatoribus & caupo-nibus, & libripendis, & thymelicis, & medicis, & ſcenicis omnibus, ac mere-tricibus bona eſt. Matronis autem pudefa-ctionem & detrimentum prædicit, & eos qui uxorem ducere propoſuerunt impe-dit, tanquam communi uxore futura. At uero Vrania, de qua in ſuperiore ſer-mone dicere uolens reliqui, ut ne ſermo di uelleretur, cōtraria ueneri pandemo ſigni-ficat. Maxime uero bona eſt ad nuptias & ſodalitates contrahendas, & ad producen dos liberos. Nam coniunctionum ac ſobo lis eſt cauſa. Bona eſt & agricolis, Natura enim & mater uniuerſorum eſſe creditur. Bona eſt & uatibus, omnis enim uaticina-tionis & prænotionis inuentrix eſſe puta-tur Cæterum Venus marina naucleris et gubernatoribus et omnibus nauiganti-bus, bona obſeruata eſt, itēq; omnibus pe-regrinari uolentibus, propter perpetuum maris motum. Eos uero qui in eodem lo-co ſemper permanere propoſuerūt, etiam inuitos ad motum cogit.

Venerem Anadyomenen, emergentem è mari uidere, nauigantibus multam tempeſtatem & naufragium futurum prædicit, ſed nihilo minus ſeruat, & res ac negocia iam deſperata perficit. Semper autem bona iudicata eſt, quæ infernas partes uſq; ad zonã uelatas habet, propterea quod mammas, quæ maximum alimentum prębent, nudas habeat ac oſtendat.

Venus tota nuda, ſolis meretricibus bona eſt, & quæſtus ſignificatiua, ad reliqua cõfuſionem ſignificat ut ferè à nobis obſeruatum eſt.

De Vulcano

u Vlcanus eadem quæ ignis ſignificat utplurimum, ſolum autem arcana retegit, & præſertim adulteria, propter hiſtoriam quæ de ipſo fertur. Manuarijs artificibus omnibus bonus eſt, & his qui nuptias aut ſocietatem contrahere uolunt, atq; id propter follium conſpirationem, & ferri unitionem.

De Fortuna

f Ortuna ſuper cylindro ſtans, omnibus mala ſignificat, propter baſis ipſius periculoſitatem. Quæ uero guberna-

gubernaculũ tenet, motus prædicit. Nulla eſt enim gubernaculi utilitas citra motũ. Semper autem bona eſt ſedens aut reclinata, ſecuritatem enim & conſtantiam per ipſam figuram demonſtrat. Quanto uero ſumptuoſior & formoſior apparuerit, tanto melius eſſe putandum eſt. Quidam tamen tradunt, quod fortuna ſumptuoſa & ualde ornata, maxime ubi nõ ut ſtatua, ſed uelut ipſa fortuna appareat, paupertatis ſignum ſit. Veriſimile eſt enim quod ſui ſtudioſa, hominum negligens exiſtit. Quę uero frugaliter ueſtita eſt, & ſui negligens apparet, diuitias & delitias præſagit. Manifeſtũ eſt enim quod nõ ſuiipſius, ſed hominum curam gerit. Verum illi mihi non uidentur ueriſimilia dicere, Eſt enim fortuna nihil aliud quam ipſæ ſomniantium opes.

De pitho, & aliis

Pitho, & charites, & horæ, & nymphæ, ad omnia & omnibus bonæ ſunt. Ariſtobule uero & Eunomia, quæ deæ optimum cõſilium, & bona lex nobis dici poſſunt, eadem quæ Nemeſis ſignificant.

De ue-

De ueſta

u Eſta tum ipſa, tum ſtatuæ ipſius, ci/
uitatis ſenatum, et loculos ſiue recõ
ditoria redituum ſignificant. Pri/
uatis autem ipſam uitam. Principibus ue/
ro et regibus, ipſam imperij uim ac pote/
ſtatem. Porrò de marinis et fluuiatilibus
dijs ſingulatim ex ordine ſic res ſe habet.

De dijs marinis Cap. XLIII

n Eptunus et Amphitrite, et Nereus,
et Nereides, tum ipſi, tũ ſtatuæ ipſo
rum cõſpecti, ita ut nihil mali faciãt,
aut dicant, boni ſunt omnibus in mari ope
rantibus, et his qui moueri uolũt, ſed et ad
reliquas aggreſſiones nihilo minus boni
ſunt. Ex omnibus aũt uel maxime his qui
ad turbas progrediuntur, ualde conducibi
les eſſe obſeruatum eſt. Si uero moueãtur
aut turbentur, aut mali quippiam dicant
aut faciant, aut patiantur, aut minẽtur, con
traria prædictis ſignificant. Sæpe etiam
terræ motum et hymbrem futurum præ/
ſagiuerunt.

De leucothea

Eucothea his qui in mari operãtur
bona eſt, ad reliqua mala, et triſtitiæ
ac luctus

ac luctus ſignificatiua, propter hiſtoriam quam de ipſa narrant. Proteus autem & Glaucus, & phorcys, & dæmones qui cir ca hos ſunt, dolos ac deceptiones ſignifi cant, propter facilem adſpectus tranſmu tationem. Vatibus autem boni ſunt.

De Mari porrò & Vndis, in ſermone de nauigatiõe ſuperius in hoc ipſo libro men tionem feci. Litora & portus, ſpei ſigni ficationem habent, & ſalutis ipſis ægris. Nam qui in magna tempeſtate ſunt, ubi li tus uiderint & portus, ſuauiſſimam ſpem potiundæ ſalutis ſecum nutriunt.

Fluuij deinde & ſtagna, & Nymphæ, & Ephydrides, boni ſunt ad generandos li beros. Verum exactius de ipſis in ſuperio ri ſermone tractaui. Achelous autem ea dem quæ fluuij, & omnis potabilis aqua ſignificat, & ualidiores euẽtus facit. Quan doquidem uero de his quantum poſſibile fuit ſufficienter dictum eſt, reliquum fue rit ut de ſubterraneis ac inferis dijs dein ceps dicamus, itemq́ de his qui circumcirca am biunt.

De dĳs inferis, & de his qui circumcir-
ca ambiunt Cap. XLIIII

P Luto & proſerpina timentibus bo-
ni ſunt. Imperant enim his qui non
amplius timent. Boni ſunt & paupe
ribus, diuitias enim & acquiſitionē ſignifi
cāt, propterea quod nullius rei indigi ſunt
ipſorum ſubditi. Boni ſunt & his qui ter
ram emere uolunt, & ad principatum con
tendentibus. Multis enim imperant hæc
numina. Sed & ad myſticos & arcanos u-
ſus boni obſeruati ſunt hi dĳ. Verū ſi quid
graue ac dirum faciant aut minentur, con-
traria ſignificant. Ceres autem & core,
& qui Iacchus appellatur, his qui initiati
ſunt horum deorum ſacris, bonum quid-
dam, atq; id non uulgare, futurum ſignifi-
cant. Non initiatis, prius timorē aliquem
& periculum inducunt, deinde uero nihi-
lo minus bonum ipſum perficiunt.
Agricolis autem & his qui terram adipi-
ſci propoſuerūt bonę ſunt, dominari enim
& imperare terræ præſignificant. Et ægro
tantes erigunt & ſeruant. Nam fructuum
hominibus cōmodorum ſunt cauſæ, qui-
bus mortui non fruuntur.

Inſuper

Inſuper Cererem eandem cum terra rationem habere ſapientes aiunt. ζήδωρος enim & φερέσβιος uocatur terra, itemq́ βιόδωρος, ab eo quod uitam & uictū mortalibus impertiatur, & fruges producat. Bona eſt etiam Ceres ad nuptias, & alias aggreſſiones omnes per ſe cōſpecta, Non uero item Core, propter hiſtoriam quæ de ipſa fertur. Hæc enim ſæpe etiam oculis ſomniantis periculum induxit, propter nomen. Core enim appellatur etiam in oculo pupilla. Serapis, & Iſis, & Anubis, & Harpocrates, tum ipſi, tum ſtatuæ ipſorum ac myſteria, & omnis de ipſis ſermo, atque etiam de dijs qui cum ipſis communia templa ac aras habent, turbationes & pericula, & minas, & infortunia ſignificant, ex quibus præter expectationem præterq́ omnem ſpem ſeruant. Semper enim ſeruatores crediti ſunt hi dij, eorum qui per omnia exercitati ſunt, & ad extremum periculum peruenerunt. Nam eos qui iam in huiuſmodi periculis conſtituti ſunt, ſtatim omnino ſeruant. Præcipue autem myſteria ipſorum luctus ſignificationem habent. Tametſi enim

naturalis ipſorum ratio aliud quid complectitur, fabuloſa tamen narratio & hiſtoria hoc indicat. Hecate ſubterranea, & Erinnyes, & dæmones qui circa hos ſunt, terribiles ſunt etiam his qui iuſte agunt. Verum hos qui præter leges agũt, & quibuſdam inſidias ſtruunt, diſperdunt. Eadem cum his ſignificat & mater deorum appellata. Nam & tumultus & luctus per ſe cõſpecta prædicit, & occulta reuelat. Agricolis autem bona eſt. Terra enim eſſe putatur. Terror et Timor filij Martis, & ipſe etiam Mars, belli ducibus, & militibus, & pugnam ſolitariam decertaturis, gladiatoribus & prædonibus, & aleatoribus, omnibus conducunt. Reliquis pugnas & clades ſignificant. Harum enim cauſa exiſtũt. Oceanus autem & Tethys, philoſophis & uatibus ſolis boni ſunt, quẽadmodum iam dictum eſt. Reliquis triſtitias inducũt, & ad finem uitę perueniſſe oſtendunt, exceptis his qui ad Oceanum habitãt illicq; diuerſantur. Saturnus & Titanes, maleficis uincula ſignificant, & eos qui alijs inſidias parant, perficere impediunt. Verum ad ea quæ latẽter fiunt boni ſunt. Sed

neq;

neque nuptias celebrare permittunt, neq; filios futuros prædicunt. At uero natura uniuerſorum, & fatum, & prouidentia, & ſi quid aliud æqualem cum his potentiam habet, omnibus bonum prædicunt, exceptis ægrotantibus, hos enim occidũt, niſi aliqua ualde benigna dixerint. Communem autem rationem et dij, & ipſorum ſtatuæ habẽt. Ex ipſis uero ſtatuis, hæ quę ex materia ſolida & imputreſcibili factæ ſunt, bonæ fuerint, uelut quæ ex auro conſtant, aut argẽto, aut ære, aut ebore, aut lapide, aut Electro, aut Ebeno. Quę uero ex alia materia fabricatæ ſunt, minus bonæ cenſentur, Sæpe uero etiam quæ humiles ac uiles ſunt, teſtaceæ, fictiles, cereæ, itẽq; imagines pictæ, & ſimiles. Inſuper & hoc obſeruare oportet, Quicunq; dij bona ſignificant, tum ipſi, tum ipſorum ſtatuæ, eorum neque contritas neque confractas ſtatuas uidere bonum eſt. Quicunque uero mala ſignificant, eos & deſtructos & diſſipatos omnes uidere, itemq; ſtatuas ipſorum, bonum eſt, maxime uero eadem cum Nemeſi ſignificant.

De Heroibus & dæmonibus Cap. XLV

d E Heroibus porrò & dæmonibus quid opus eſt dicere? eadem enim quæ dij ſignificant tum bona, tum mala, uiribus tamen minora. Meminiſſe autem oportet, quod ſingulos ipſorũ proprium habitum habere conuenit, & non permutare, neque abijcere, neq; ſimpliciter ſtare, neq; ſine his quæ ipſis ſolẽni more dicata ſunt eſſe. Quoniam quicquid ſignificãt ſiue bonum, ſiue malũ fuerit, decipiunt & mentiuntur.

De terræ motibus ac hiatibus Cap. XLVI

t Erra ſi moueatur, res & negocia ac uitam ſomniantis motum iri ſignificat. Hiatus autem & cõcuſſiones & collapſiones, omnes homines iniuria afficiunt, ipſosq; perdunt, aut bona ipſorum corrumpunt. Solis autem his qui peregrinari propoſuerunt, & obæratis, fortunata & dextera omnia huiuſmodi obſeruata ſunt. Quæ enim diſſoluuntur & non coniuncta ſunt, non amplius in priore loco cõ

tinent

tinent ſomniantes. Quare & ex debito, & ex uinculis liberant. Cæterum de relictis & pręter miſſis in utriſq; libris ſuperfluum fuerit dicere. Quoniam ex ſcriptis & relatis iuxta ſimilitudinem coniecturam facere oportet. Et tamen adhuc de ipſis dicem.

De ſcala, ſartagine, mola, pila, & gallo Cap. XLVII

SCala peregrinationis ſignum eſt, & trãſitionis in alium locum, Gradus uero eius, promotionem ſignificãt. quidã dicũt quod etiã periculũ ſignificant Sartago uero damnum ſignificat, & mulierem guloſam. Mola ſemper durorum & difficilium negociorum ſolutionẽ portendit, & fidelem ſeruum ſignificat. Pila uxorem ſignificat. Piſtillum autem uirum. Gallus in domo pauperis, patrem familias, In domo diuitis, œconomum ſiue uillicũ ſignificat, propterea quod eos qui in domo ſunt excitet ad operas obeundas. Depilari aut pice illini, detrimẽtum ac damnum ſignificat.

De ouis Cap. XLVIII

OVa medicis, & pictoribus, & his q̃ ex ipſis quæſtũ faciũt cõmoda ſunt.

Reliquis pauca quidem, lucri ſunt ſignificatiua, ob alendi facultatem. Multa uero, curarum & anxietatis. Sæpe uero & litium. Quoniam qui ex ipſis naſcuntur fœtus ferè ſemper terram pedibus eruunt, & occultata inueſtigant.

De Hippocentauro & Scylla, & dijs humana ſpecie Cap. XLIX

q Vin & huius meminiſſe oportet, quod quæcunq; monſtroſa ſunt & nequaquam poſſibilia præter naturam intelliguntur, & rationem nō habent ut interdiu fiant, uelut Hippocentauri, & Scylla, & ſimilia, ea mendaces ſpes & nunquā perficiendas inducunt. Apparent aūt dij in humana ſpecie & forma, quādoquidem credimus ipſos nobis ſpecie ſimiles eſſe. Si itaq; ignoti dij ac deæ cōſpiciantur per ſomniū, dinoſcere eos oportet, ab ætate, aut ab externis, aut ab artibus, hoc modo. Ab ætate quidē, uelut puerulus cōſpectus, tēpus futurū ſignificat, adoleſcēs aūt præſens, & rurſus, Adoleſcentulus ualde iuuenis, Mercurium. Adoleſcens, Herculē. Vir, Iouē. Senex, Saturnū. Duo adoleſcētes, dioſcuros, hoc eſt Caſtorē & Pollucem

cem. Virgo Spē, aut Dianā aut Mineruā. Spem quidem, Ridens. Dianam uero, reuerendam faciem præferens. Mineruā autem, acribus oculis intuēs. Fœmina iuuencula, fortunam. Senex, Veſtam. Tres fœminæ, Parcas, ubi fuerint ueſtibus indutę, Nudę, horas, Lauātes, Nymphas. Ab externis autem ſic. Dīj habēt inſignia, qui ergo ea inſignia habent, pro illis ipſis dījs agnoſcendi ſunt. Neq; enim eſt neceſſe ſingulatim ea recenſere, quum res ſatis manifeſta exiſtat. Ab artibus poſtremum. Qui cognomines dījs artes habent, hi deos artibus ipſis præfectos ſignificant. Porrò ſomnia iam uiſa, & ipſorum euentus, non conuenit ſcribere in arte ipſa iudicādi ſomnia, & in doctrina ſpeculationū, neq; uidebantur mihi idonea eſſe hæc huic loco. Et quidem quū Geminus Pyrius, & Demetrius Phalere⁹, & Artemon Mileſius, multa ſomnia conſcripſerint, primus in trib. libris, ſecundus in quinq;, tertius in uiginti duobus, & præſertim cōpoſitiones medicamentorum ac curationes à Serapide datas.

De tabula & libris. Cap. L

T Abula uxorem ſignificat, propterea quod omnigenas literarũ for/mas ſuſcipiat. Typos autem, hoc eſt formas, in conſueto uſu etiam ipſos li/beros uocamus. Liber autem uitã eius qui ſomnium uidit ſignificat, percurrũt e/nim homines libros, quemadmodũ etiam uitam ipſam. Sed & ueterum res geſtas in memoriam reuocat liber, quandoquidem quæ olim facta ſunt, in libris ſcripta conti/nentur. Comedere libros, præceptoribus puerorum, & ſophiſtis, et omnibus qui ex eloquẽtia aut libris uictum ac rem ſibi cõ-parant, conducit. Reliquis mortem repentinam prædicit.

De perdicibus. Cap. LI

P Erdices & uiros & mulieres ſignificant, utplurimum uero mulie/res magis, impias & religionis negligentes, quæ nũquam nutritoribus ſuis beneuolentiã mutuam exhibent. Nam & ægre manſuefiunt, & uariæ ſunt perdices, & ſolæ ex auium generibus deorum cul/tum non habent.

De pe/

De pedicis. Cap. LII

P Edicæ detentionis et impedimenti ſignum ſunt & morbi, propter detẽtionem. Seruis autem, fidem & autoritatem magnam prædicũt, ex quibus ingrati excident. Innuptis uero nuptias, & liberos non habentibus, liberos promittunt. At uero ab ipſa pedicarum materia, coniecturam de nuptiarum ſumptuoſitate facere oportet.

De plagis. Cap. LIII

U Erberare eos ſolũ bonum eſt quibus quis imperat, excepta uxore. Nã hęc ſi uerberat̃, adultera fit, reliq ipſius uerberãtis cõmodo plagas accipiũt. At uero eos ꝑcutere quib. quis nõ imperat, bonũ nõ eſt. damnũ em̃ ex lege irrogatũ prædicit. Verberari aũt bonũ nõ eſt, neq; à dijs, neq; à mortuis, neq; à ſubditis, ſed à reliqs. Semꝑ uero bonũ eſt lignis aut manu uerberari, malũ aũt loro, propter uibices inflictos, & calamo, propter ſtrepitũ & ferula. Nam et hoc lignum ſtrepitũ ędit. Quandoquidẽ uero uerberati plagas accipiũt, inde adeò utilitatẽ accedere cõtingit, ab accipiẽdo uidelicet. Ego uero obſeruaui hoc qđ mihi ipſi accidit. Aliquando em̃

per ſomniũ uiſus ſum mihi, ab uxore mea uituperijs & plagis impeti, illa die obuiã ueniente mihi quodã, à quo animus meus planè diſſidebat, turbatus ſum & ualde ægre tuli: neq; enim erat ueriſimile, eum qui à perſona ſibi ſubiecta, & à qua coli ac honorari debebat, contumelia affectus erat, non triſtari, aut nõ moleſtiam in aliqua re concipere.

De morte. Cap. LIIII

m Ortuũ eſſe ſibi uideri, & elatum, & defoſſum, ſeruo quidẽ cui res & domus heri nõ concredita eſt, libertatẽ ſignificat. Mortuus enim nullum dominum habet, & laborum et miniſteriorum requiem inuenit. Verũ ſeruo cui bona dñi commiſſa ſunt, fidem adimit mors. Viro autem uxorem non habenti nuptias prædicit. Nam & nuptiæ & mors, utraq; fines hominibus eſſe putantur, & ſemper ſe mutuo indicant. Vnde etiam ægrotantibus uxorem ducere, ac nuptias celebrare, mortem præſagit. Nam eadem utriſq; contingunt, tum nuptias celebranti, tum morienti. Velut uerbi cauſſa, deductio & comitatus amicorum, tum uirorum, tum fœminarum

minarũ, & coronæ, & aromata, & ungen/ta, & cautio de bonis. At uero eum q uxo/rẽ habet, mors ab uxore ſeparat, & ſocios, & amicos, & fratres diſſoluit, inuicemq́ ſe parat. Mortui enim cum uiuis nõ conuer/ſantur, neq; uiui cum mortuis. Eum uero qui domi eſt ad exteros extrudit, propte/rea quod nõ in ijſdẽ amplius maneat mor tuus. & apud exteros degentem, domũ re ducit. Nam mortuus in terrã deponitur, quæ communis eſt omnium patria. Athle tis autem ſacrorum certaminũ uictoribus, mortem inducit. Perfecti enim & abſoluti ſunt mortui, quemadmodum & uictores. Bonũ eſt autem & philologis & patribus mortuum eſſe ſibi uideri. Habebunt enim monumenta, hi liberos, illi uero ſapientiæ ſuæ ſcripta ac libros. Obſeruaui deniq; & triſtibus & timentibus mortẽ bonam eſſe. Timoris em̃ & triſtitiæ expertes ſunt mor tui. Item his qui de terra litem habent, & qui terram emere uolunt. Terræ enim do mini ſunt mortui. In alijs autẽ litibus, ma/lum eſt mortuum eſſe. Nam in rebus effi/ciendis impotẽtes ſunt mortui, & in uiuo/rum poteſtate poſiti. Si uero quis ægrotãs

aut

aut dolens aliqua parte, uideatū ſibi mortu-us eſſe, à morbo et à dolore liber erit. Nā et mortui neq; dolent, neq; ægrotāt. Nihil autem differt ſiue quis mortuus eſſe ſolūmodo ſibi uideatū, ſiue elatus aut ſepultus. Viuum ſepeliri ſibi uideri, nemini confert. ut plurimum enim carcerē aut uincula ſignificat. Quicquid autem boni ſiue mali ſignificauerit mors, idipſum ſi quidem quis ſeipſum occidat, continget ei ſuijpſius cauſſa. Sin ab alio interimatur, euenient ob alterius cauſſam etiam euentus. Omnes mortes lege irrogatæ, ea quæ ſignificāt tum bona, tum mala uehementiora faciunt. De quibus ſpeciatim dicere operæpretium exiſtimo.

De ſtrangulatione Cap. LV

Strangulari & ſeipſum ſuſpēdere, tribulationes & anguſtias ſignificat, propter id quod his qui ſtrangulantur contingere uidemus. Inſuper etiam non māſurum eſſe in domo, neq; ubi quis erat dum ſomnium uidit. Nam ſtrangulatus non amplius terram contingit, neque eſt in firma ſede.

De ma-

De mactatione ſiue cæde. Cap. LVI

Actare aliquē ſeipſum, aut ab ali/
m quo mactari, eadē ſignificat quæ
antea de morte relata ſunt. uerum
citius perficit euētus. Sacrificari autem, &
pro uictima mactari ad aram dei, aut pu/
blice in congregatione ſiue eccleſia, aut in
foro, omnibus bonum eſt maxime ſeruis,
ꝗ inde præclare & ſplendide liberi erunt.

De uiuentis cōbuſtione. Cap. LVII

Iuentem comburi, eadem ſignifi/
u cat quæ fulmine feriri, de quibus
in ſuperioribꝰ diximus. Priuatim
autem & proprie uiuentē comburi, ægro/
tis ſalutem ſignificat, propter ipſius uerbi
κατακάιεσθαι compoſitionem. Cæterum iu
uenibus, calamitates irrationabiles, et con
cupiſcentias amatorias ſignificat.

De cruce. Cap. LVIII

Rucifigi omnib. ꝗ nauigare pro/
c poſuerūt bonū eſt. Nam ex lignis
& clauis conſtat crux, quemad/
modum etiam nauis. & malus eius ſimilis
eſt cruci. Bonum eſt & pauperi. Nam al/
tus eſt crucifixus. Verum diuitibus da/
mnoſum eſt. Nudi enim crucifiguntur,
& car/

& carnes deperdunt crucifixi. Cæterũ uiro uxorem non habenti nuptias prædicit, ob ligationem, ſed tamen non adeò commodas. Eadem autem ratio eſt amicitiæ & ſodalitatis. Seruos uero liberos facit. Nemini enim ſubiecti ſunt crucifixi. Qui aũt domi agere uolunt, & qui propriã terram colunt, & qui alicunde eÿci timent, eos eÿcit, & non ſinit in locis in quibus ſunt manere. prohibet enim crux terram contingere. Porrò in ciuitate crucifixum eſſe ſibi uideri, talem magiſtratum ſignificat, qualis fuerit locus in quo crux poſita fuit.

De pugna cum feris. Cap. LIX.

PVgnare cũ feris pauperi bonum eſt, multos enim habebit quos nutriat. Nam & q cum feris pugnat à proprÿs carnibus feras nutrit. Verum uiro opulento iniurias futuras à talibus denunciat, quales fuerint ipſæ feræ. Multis etiam morbũ ſignificauit. Nam ut à beſtÿs ſic etiam à morbo corrumpuntur carnes. Seruos autem liberos facit ſomniũ hoc, ſi ſibi uideantur à beſtÿs occiſi eſſe.

De de-

De deſcenſu ad inferos. Cap. LX

a D inferos deſcendere indeq; redire, & ſpeculari quæ iſthic ſolenni more inſtituta ſunt, his quidẽ q̃ feliciter agũt damnoſum eſt. Nam ad res gerendas impotentes ſunt inferi, & frigidi & ĩmobiles. Verũ cauentib. et uerẽtibus, aut curioſis, aut triſtatis, curarũ & triſtitiæ alleuiationem promittit. Sunt enim omnis triſtitiæ ac curæ expertes inferi. Reliquis peregrinationis ſignificatiui ſunt, aut eos omnino ex locis in quibus ſunt expellunt. atque hoc partim ueteres declarãt, qui eos qui longam peregrinationem profecti eſſent, ad inferos profectos eſſe dicebãt. partim etiam ipſa ratio commonſtrat, quod non in iiſdem conuerſationibus mortui exiſtant. Quod ſi q̃s ab inferis rurſus aſcendere ſibi uideatur, ab exteris in patriam reuertetur. Si uero non, apud exteros uitam finiet. Sæpe uero etiam eos qui apud exteros ſunt, deſcenſus ad orcum ad domum reducit. At uero ſi quis ad inferos profectus uideatur ſibi prohiberi uiolenter à regreſſu ad ſuperos in humanis degentes, huic detentionem ab aliquibus ſomnium

ſignificat, aut incluſionẽ in carcerẽ. Mul-
tis uero morbum longum prædixit, & ob
morbum mortem. Cæterũ aſcendere per-
fugio aliquo reperto, ab extremo periculo
ægrotum ſeruat. Conſueto enim ſermone
eum qui præter expectationẽ ſeruatus eſt,
ab inferis reuerſum eſſe dicimus.

Portare aut portari. Cap. LXI

P Ortare aliquem dæmonẽ ſubter-
raneum, ſiue ipſum plutonẽ, ſiue
cerberũ, aut alium quendã ex in-
feris, ſi quidem maleficus id ſomniũ uide-
rit, crucem ipſi ſignificat. Similis eſt enim
& crux morti, & q crucifigẽdus eſt prius
ipſam portat. Si uero nõ maleficus uir ſo-
mnium uiderit, ferã portabit, & ſi quidem
grauabitur, ab ipſa mordebitur & morie-
tur. Sin minus, gaudens eam deponet, &
& ab ipſa non lædetur. Portare aliquẽ ui-
uentium melius eſt ꝙ portari, quanto præ
ſtantius eſt alicui auxiliari poſſe, quam au
xilio & ope alterius opus habere. Similis
eſt enim is qui portat ſubleuanti & benefi
cium danti, qui uero portatur, beneficium
accipienti. Quanto debilior eſt is qui por-
tat, ueluti ſi ſit mulier aut puer, tãto peius
eſt ei

eſt ei qui portatur. Nam uilium & minus auxiliari potentium opem implorabit. Soli ſeruo bonum eſt ab hero portari, & penitus pauperi ab opulēto. Multũ enim opis ferent à portantibus.

De mortuis. Cap. LXII

Mortuos uidere, atque id ſolum, & nihil aliud memorabile facere aut pati, ſic affectũ iri ſignificat, quomodo affecti fuerunt mortui dum uiuebāt erga ſomniantem. Si enim fuerũt iucundi & benefici, bona ſignificāt, & pręſens tempus ſuauiter tranſigendũ. Si uero non, contraria. Si uero acceperint quid tale mortui, qualia mortuis dicantur, incõmodum eſt. Sed omnium pernicioſiſſimi ſunt qui ueſtes auferũt, aut argentum, aut cibos. Aut enim ipſi ſomnianti mortem ſignificant, aut alicui ex cognatis aut affinibus ipſius. Quicquid autem aliud rapuerint, iuxta proportionem iudicare oportet. Quin & dantes mortui, etiam ſic mali ſunt, niſi ſanè cibos, aut argentum, aut ueſtes dederint. Ego autem obſeruaui quendam qui ſuam uxorem defunctam in ſomnis uidit, procul ſtantem in domo, & lectos ſter

nentem, & poſtridie cōtigit plures ex præ minentibus illius amicis ægrotare, & ap/ paruit manifeſtè ſomnium poſt euentum. Aegrotantes enim indigent pro neceſſita/ te ſua pręparatione lectorum, & non ſani.

De numiſmatis. Cap. LXIII

a Liqui tradunt argentum eſſe ma/ lum, & numiſmata omnia, ego ue ro obſeruaui, tenuia quidem & ę/ rea numiſmata triſtitiæ eſſe cauſſas, & ſer/ monum moleſtorũ. Verum argentea uer/ borum in paucis de rebus grauibus ac ſe/ rijs ſignificationē habere. Aurea uero ad/ huc de magis grauibus. Semper autē me/ lius, paucas pecunias & numiſmata habe- re, putandum eſt. Quoniam multæ pecu/ niæ propterea quod ægre diſpenſari poſ/ ſunt, curas & triſtitias ſignificãt, quemad/ modum etiam theſaurus.

De theſauro. Cap. LXIIII

ſ I quis putet ſe theſaurum effode/ re paucas pecunias habentem, mi nora mala ſignificat. Verum the/ ſaurus multarum pecuniarum, triſtitias & curas ſignificat, & mortem prædicit. Neq; enim abſq; terræ effoſſione theſaurus repe

ritur

ritur, quemadmodũ neq; mortuus depo-
nitur. Atq; ego ſanè hoc obſeruaui. Quum
enim aliquãdo in triſtitia ac cura eſſem, ui
di me in ſportula habere tenuẽ ualde mo-
netam, & ingreſſus in officinam quãdam,
eam ipſam furto amiſi ac perdidi. & conti
git ut illa die mihi nũcius lætus adueniret,
de rebus quarum cura angebar, atq; ſic ex
hilarabar, & melius afficiebar. Porrò in
conuentu quodam quum aliquando tales
narrationes mouerent, memini quendam
dicere, quod quandoq; ad comparãdas &
exigendas pecunias propriũ filium ſuum
ablegarit, et eo adhuc apud exteros degen
te, in ſomnis ipſum uiderit reuerſum & di
centẽ, tria milia octingenta numiſmata at-
tuli, & delato ad quendam ſomniorũ do-
ctum interpretẽ hoc ipſo ſomnio, reſpon-
ſum tulerit, quod re infecta filius ipſius re-
uerſurus eſſet, quod ipſum etiam ſic euene
rit. ac primum quidem quod cõtraria ſem
per euenire ſolent, deinde quod etiam ſem
per per eiuſmodi poſitionem digitorum
trium milium octingentorum, nihil
ſignificare conſue-
uimus.

De lachrymis. Cap. LXV

L Achrymari & dolere tũ ob mor‑ tuum, tum propter aliud quiddã, & ipſum adeò triſtari, gaudiũ ob aliquam rem, et uoluptatem propter recte factum quoddam futuram prędicit, atque id recte & iuxta rationem. Habet enim anima noſtra cognatum quiddam ad ambientem & aerem externũ. Quemadmodum igitur ambiens & aer in contrarium mutatur ſemper, à tempeſtate in ſerenitatem, & rurſus à ſerenitate in tempeſtatem. Sic uериſimile eſt & mẽtem noſtram, à triſtitia in uoluptatem & gaudium mutari, & à gaudio in mœrorem. Quare etiam gaudere in contrarium mutatum, triſtitiam ſignificat. Semper aũt ob aliquid triſtari oportet, & nõ ſine cauſſa, quoniam fruſtra triſtari, ob aliquid triſtem fore præſagit.

De monumento. Cap. LXVI

m Onumentum habere aut ædificare, bonum eſt ſeruo, & liberos nõ habenti, alter enim liber erit. quoniam non ſerui, ſed liberi monumenta extruunt ac poſſident. alter filium relinquet monumentum ſui. Sæpe uero & nuptias

præ‑

prædixit eiuſmodi ſomnium, Quoniã monumentum uelut mulier, multa corpora complectitur. & terrę acquiſitionem, & in uniuerſum omnibus bonum eſt hoc ſomnium, tum diuitibus & fortunatis, tum inopibus & infelicibus. At uero monumenta contrita aut collabentia, contraria ſignificant.

Si mortui reuiuiſcant. Cap. LXVII

m Ortui reuiuiſcentes, turbationes ſignificãt & detrimenta. Etẽm uelut res ſuppoſita eſſet cogitare oportet, qualis turbatio futura ſit, ſi mortui reuiuiſcant. Veriſimile eſt enim quod ſua bona ſint repetituri. Vnde & detrimenta, & damna, ac contentiones ſint orituræ.

Si mortui denuo moriantur. Cap. LXVIII

m Ortui denuo morientes, cognominibus, aut ſimilib⁹, aut propinquis genere, mortem præſagiunt, ut hoc modo ijdem bis mori uideantur.

De medicamento letali. Cap. LXIX

m Edicamentum letale, eadem quæ mors ipſa ſignificat. Eadem ſignificatio eſt ferarum om̃is generis,

& beſtiarum lectos ſubeuntium, quæ celeriter occidunt.

De nuptijs. Cap. LXX

Quandoquidem & nuptię ſimiles ſunt morti, & à morte ſignificantur, etiam hoc loco de ipſis mentionem facere cōueniens eſſe putaui. Virginem ducere, ægrotanti mortem ſignificat. quæcunque enim uxorē ducenti, eadem etiam mortuo contingunt. Bonum eſt autem ei qui nouam negotiationem aggredi propoſuit, propoſitum enim aſſecuturum eſſe ſignificat. & ſperanti alicunde utilitatem, acceſſuram eſſe promittit. Omnino enim accipit bona aliqua, quæ ſponſa adducit, is qui uxorem ducit. Reliquis perturbationes & diuulgationes ſignificat. Non enim ſine turbatione nuptiæ perficiuntur. Si uero quis mulierem deuirginatā in uxorem duxerit, non noua ſed uetera negotia, nulla pœnitentia aggredietur. Si aūt quis ſuam uxorem alteri nuptā uiderit, immutationem actionum, aut ſeparationē ſignificat. Si uero mulier uirum habens, ſibi uideatur alteri nupſiſſe, quemadmodū multi produnt, uirum defodiet, aut aliter quomodocunque

modocunq; ab ipſo ſeperabitur. Verum ut ego obſeruaui, hoc non ſemper contingit, ſed quum aut uterum non geſtat mulier, aut liberis caret, aut nihil uenale habet. Si uero nihil horum fuerit, ſi quidem filiolam habuerit, eam ipſam uiro collocabit. Si uero grauida fuerit, filiam pariet, quam educatam uiro in matrimonium dabit, atque ſic non ipſa, ſed quæ eius naturæ particeps eſt alteri nubet, & quæ aliquid uenale habet, communicationem & contractũ, uelut in nuptijs, circa uenditionem cum aliquo faciet.

De Hirundine & luſcinia
Cap. LXXI

QVandoquidem de hirundine in ſermone de auibus non memini, ſed libenter reliqui, hic ſane eius mentionem faciam. Aiunt enim animal hoc mortem ſignificare intempeſtiuorum corporum, & luctum, & magnam aliquam triſtitiam. Ab huiuſmodi enim malis etiam auem hanc natam eſſe ferunt. Etenim Alexander Myndius hiſtorijs fidem habere oportere dicit, cui conſentit etiam Dionyſius Heliopolites. Aiũt enim quod etiamſi

mendax ſit hiſtoria quædam, tamen pro/pter præſumptam de ea opinionem, quod ſic habeat, quum ſimile quid eius argu/mento euenturum eſt, atque id anima præ/dicere uelit, tunc illam ipſam hiſtoriam in medium adducit. Ego uero in plurimis quidem hiſtorijs hunc ſermonem conſo/num reperi, uerum nequaquam in omni/bus. Quare in omni ſermone, non uериſi/militudini eorum quæ dicuntur addictus, eam ſequor, ſed experientiam euentuũ am plector. Et nunc de hirundine dico, quod non eſt mala, niſi quid abſurdi faciat, aut permutetur in alium colorem præter natu ram ipſi exiſtentem. Eſt enim uox eius, nõ lamentatio, ſed cantilena remiſſa, & exhor tatoria ad operas obeundas. Quod autem hoc uerum eſt, uel inde cognoſci poteſt. Quod hyeme hirundo neque uolat, neque ca nora eſt, ſed & ipſa terra, & mare quieta ſunt, & homines & alia omnia animalia ſub tecto & in luſtris ſuis degunt, & nihil aliud operantur. Vbi aũt uer acceſſerit, pri ma hirundo apparet, ſubindicans, ut ita di xerim, ſingula opera aggredienda, & ſanè ubi apparuerit, nunquã ueſpere canit, ſed

mane

mane ſole emergēte, eos quos uiuentes depræhenderit operum admonens. Eſt igitur commoda & ad opera, & ad actiones, & ad muſicam, & maxime omnium ad nuptias. Fidam enim & domus cuſtodem futuram uxorem promittit, eamq́ fere græcam, aut muſicam. Nam ipſa Hirundo eodem cum nobis tecto uiuit. Atqui luſcinia eadem quæ hirundo ſignificat, ſed minora. Minus enim nobis familiaris eſt.

De dentibus Cap. LXXII

De dentibus exacte tradidi libro primo. Verum etiam hic breue quiddam ex his quæ iſthic relicta ſunt dicam. Dentes in manus ſumere ex ore elapſos, aut etiam in proprium ſinum colligere, depoſitionem filiorum futuram ſignificat, aut non permanentium, aut non educandorum. Dentes lingua ſua eijcere, ſignificat ea quę in uita dura et aduerſa ſunt, propria eloquentia diſſoluere. Deinceps uero de uolatu, & de fidedignis dicemus, & de tempore uitæ.

De Vo-

De uolatu Cap. LXXIII

u Olare ſibi uideri paululū à terra diſtantem, figuraq; recta, bonum eſt ſomnianti. Quantum enim abfuerit à terra, tanto altior eſt his qui utrinq; circumambulāt. Semper autem feliciores altiores appellamus. Bonum eſt autem non in ſua patria hoc facere, quoniam tranſmigrationē ſignificat, propterea quod terrā non cōtingat. Quodam modo enim dicit ſomnianti ſomnium, quod patriam cōtingere & accedere nō poſſit. Volare alas habentem, ex æquo omnibus bonum eſt. Nam ſerui ob hoc ſomnium manumittuntur, quoniam omnes uolantes auiculæ, neque dominum habent, neq; ducē aliquem ſequuntur. Pauperes autem multas pecunias acquirunt. Quemadmodum enim pecuniæ portant ac uehunt homines, ſic etiā alæ aues. Diuitibus uero & ualde potentibus principatus portēdit. Quemadmodū enim ea quæ uolant ſuperueminēt ea quæ per terram repunt, Sic principes priuatos præcellunt. At uero abſque alis uolare, & multum à terra diſtare, periculum & timorem ſomniāti ſignificat. Sed & circum tegulas

gulas uolare, ac domos, & biuia,ſeditiões ac turbationes animæ præſagit. Verum ui deri ſibi in cœlum euolare, ſeruos quidem in maiores domos tranſituros eſſe ſignifi/ cat, & ſæpe in regiam aulam peruenturos. Liberos autem etiam inuitos ſæpe obſer/ uaui, ob hoc ſomniũ in Italiam profectos. Quemadmodum enim cœlum domus eſt deorum, Sic Italia regum. Eos uero qui la/ tere cupiunt, & occultantur reuelat. Om/ nia enim quę in cœlo ſunt, manifeſta & cõ ſpicua omnibus ſunt. Volare cum aui/ bus, ſignificat cum alijs gentibus & exter/ nis conuerſationem fore. Maleficis autem malum eſt, ſceleſtos enim punit. Sæpe ue/ ro & per crucẽ uolare, ita ut neq; multum à terra quis diſtet, neq; rurſus ualde humi/ lis uolet, ſed ut ea quæ in terra ſunt cogno/ ſcere poſſit, peregrinationem quandam ac tranſmigrationẽ ſignificat. Qualia autem obuentura ſint in peregrinatione ipſi ſom nianti, ea omnia promptum eſt diſcere ex his quæ in terra uidet. Campi enim & ar/ ua, & urbes, & uillæ, & agri, & omnia ho/ minum opera, & fluuij pulchri, & prata, et ſtagna, & portus, & mare tranquillum, &

portus

portus arte parati, & naues ſecundo uen/to utentes. Hæc omnia ſi uidentur bonam peregrinationem præſagiunt. Valles au/tem & conualles, & ſaltus, & petræ, & fe/ræ, & fluuij torrentes, & montes, & ru/pes, omnia mala in peregrinatione futura prædicunt. Semper autem bonum eſt ubi quis à uolatu ſurſum facto rurſus deuolet, & ſic expergefiat. Omniū uero optimum eſt, uolentem uolare, & nō inuitum in ae/rem ferri, & rurſus ultro quieſcere. Mul/tam enim facilitatem & promptitudinem in rebus agendis prædicit. Verum ſi quis perſequentibus feris, aut homine, aut dæ/mone uolet, minime bonum eſt. Timores enim ingentes & pericula magna inducit. Nam in ſomnis tantus erat timor, ut non ſufficere ad fugam terram putaret, ſed cœ/lum peteret. Bonum eſt ſeruo intra heri domū uolare, Multis enim in domo præ/minebit. Si uero extra domum uolarit, poſt proſperitatem è domo exibit, mor/tuus quidem ſi per atrium domus euola/uerit, uenditus uero ſi per ianuam, fugi/tiuus, ſi per feneſtram. Supinum uo/lare, nauiganti aut nauigare uolenti, non eſt

eſt malum. Vt plurimum enim etiam in naui, ubi non tempeſtas, ſupini homines ſunt. reliquis ociũ prædicit. Supinos enim ocioſos dicimus. ægrotos autem occidit. Omnium porrò peſſimum & ſiniſtimum, uolare uelle & non poſſe, aut etiam uolantem caput ad terram habere, & pedes uerſus cœlum. Multam enim infelicitatem ſomnianti ſignificat. Quomodocunq; aũt uolarit homo ægrotus, morietur. Aiunt enim etiam animas à corporibus ſeparatas in cœlum abire, ſuperexcellenti uelocitate utentes, & ut ita dicam, uolucriũ ſimiles. Qui uero ſedentarias exercẽt artes, ex hoc ſomnio ab operis ceſſant, quo mobiles reddantur, & in ſellis non maneant, propter uolatũ. Vincti aũt ſoluuntur. Eſt enim & pedibus & manibus exolutus qui uolat. Multi uero etiã cœci facti ſunt. Similes em̃ ſunt uolãtibus cœci, propter timorẽ caſus. In curru, aut ſella, aut lecto, aut ſede, ſiue aliquo alio fulcri aut fundamenti loco ſubiecto ſedentẽ uolare, magnũ morbum aut reſolutionẽ ſiue paralyſim ſignificat, aut crurũ uſũ interceptũ iri, et ſic curru portari, ꝓpterea ꝙ terrã cõtigere nõ poſſit.

At

At uero ſi qs peregrinari uelit, ei hoc ſomnium non ita malũ eſt. Nam cum tota domo, omniq́ꝫ inſtrumento domeſtico proficiſcetur, aut etiam uehiculis perferetur.

De fidedignis Cap. LXXIIII

Ex his qui fide digni dicuntur, quibus aliquid per ſomnium dicentibus credere oportet & obedire, primos eſſe deos ſentio. Nam alienum à deo eſt mẽtiri. Deinde ſacerdotes, eundẽ enim quem dijs honorem homines ipſis habẽt, poſtea reges, & principes. Quicquid enim dominatur uim habet dei. Deinde parentes & præceptores. Nam hi ſimiles ſunt dijs, illi ad uitam inducentes, hi quomodo uiuere oporteat docentes. Deinde Vates, & ex uatibus non deceptores, neq́ꝫ uanos uates. Quæcunq́ꝫ enim dixerint Pythagorici, phyſiognomonici, talorũ uates, igniũ uates, circulorum uates, cribrorum uatès, formiſpices, manuſpices, peluium uates, mortuorum uates, ea omnia falſa & nullo fundamẽto nixa putare oportet. Nã ipſorum artes tales ſunt, atq́ꝫ ipſi ne minimum quidem Vaticinationis ſciũt, uerum præſtigijs illudentes & defraudantes, obue-

nientes

nientes exuunt ac denudant. Reliquũ itaque eſt ſolũ ea uera eſſe, quæ ab his dicuntur, ueluti ſunt Augures, Aſtrorum inſpectores, ſomniorum interpraetes, & hepatiſpices. Verum de mathematicis genealogiarum ac natiuitatum rationem inquirentibus, ſuſpenſa ſententia conſiderabimus. Inſuper autem fidedigni ſunt mortui, quoniam omnino uera dicunt. Duæ enim cauſæ ſunt propter quas mentientes decipiũt, aut quod aliquid ſperent, aut quod timeant. Atqui neque ſperantes quid, neque timentes, meritò uera dicunt. Tales autem ſunt uel maxime mortui ipſi. Amplius uero & pueri uera dicunt, Neque enim adhuc nouerunt mentiri & fallere. Et omnino Senes, Nam fidedignum per ſenectutem indicatur. Sed & alia animalia penitus uera dicunt, propterea quod ſermonis rationem non tenent. Reliqui autem, ut ne ſingula recenſendo ſermonem extendam, omnes, quicquid tandem dixerint, mentiuntur, exceptis his qui uitam in ſeceſſu degunt, & bonos mores habent. At uero theatris ſeruiẽtes, & in pulpita & orcheſtras aſcendentes, inde adeò propter ſi-

mulatas perſonas apud omnes fidē per/dunt, item ſophiſtæ, & pauperes, & galli, & exſecti & ſpadones. Hi enim etiam non dicentes quicq̃, uanas ſpes eſſe ſignificāt, propterea quod natura neque inter uiros, neq; inter fœminas numerari poſſunt. Oportet igitur fidedignis de omnibus quæ dicunt fidem habere.

De temporibus uitæ Cap. LXXV

Humana ætas iuxta aliquos, annos ſeptem habet. Vnde & medici dicunt, nemini duarū ætatum uenam ſecandam eſſe, decē & quatuor annos natum ſignificantes, tanq̃ qui adhuc amplio re ſanguine opus habeat, & ſuperfluū ſan-guinem nondū habeat. ſecundū quoſdam annos triginta habet. Vnde & Neſtorem aliqui ſexaginta annos trāſgreſſum eſſe uolūt, & in tertia ætate fuiſſe, atq; ad nonaginta annos perueniſſe, de quo ſane poeta ait:

Aetatis qui hominum duo ſecula uixerat, ætas Tertia ſed regem cernebat.

Cæterum apud nos centum anni perfectum uitæ humanæ tēpus cenſentur, quandoquidem plurimos tam diu uiuere uidemus

mus, aut paulò minus annorũ implentes, aut paulo amplius tranſgredientes, & alio qui rationẽ euentuum ad hunc numerum correſpondentẽ ipſa experientia oſtendit, & propterea etiã nos ætate uſi ſumus uelut centum annos cõplectente. Quicunq; igitur per integras literas ſcripti numeri, calculum intra centenariũ perficiunt, eos ſcribere & computare oportet, & opinari tot annos ſignificare, quot uidelicet ipſe numerus indicat. Sunt aũt hi ſoli apud grecos. ἐν, μία. ἕξ. δέκα. ἐνδέκα. δεκάκι δέκα. Et ſignificat quidẽ ἐν, quinquaginta quinq;, ſcribitur enim per ε quinarij numeri notam, & per ν quinquagenarij. Verum μία, quinquaginta unum ſignificat, ſcribitur enim per μ quadragenarij numeri, & per ι denarij, & per α unitatis notam.

ἕξ deinceps ſexaginta quinque ſignificat. Scribitur enim per ε quinarij, & ξ ſexagenarij numeri notam. Similiter & δέκα, & ἐνδέκα, & δεκάκι δέκα, iuxta eundem intellectum & ſcribere & ſupputare oportet. Reperientur enim in δέκα uoce, triginta, in ἐνδέκα, octoginta quinque, in δεκάκι δέκα, nonaginta, ita ut compoſitas

literas ſingulatim ſingulas excerpamus, atque ſic numeros ex ipſis colligamus. Quicunq; uero numeri per integras literas ſcripti & computati, humanā ætatem excedunt, uelut δύο, quod efficit quadringenta ſeptuaginta quatuor, Iuxta eos neq; poſſibile eſt, neque rationi conſentaneum, ut aliquis tot annos uiuat. hos igitur numeros iuxta aſcenſum elementorum accipimus hoc modo. Ad ſignificans elementum ac numerū progreſſi, ſingulorum precedentium elementorum numerum ſupputamus, ueluti δύο quæ indicantur per β appoſita α, dicimus eſſe tria. τρία uero cōnumeratis uno & duobus, dicimus eſſe ſex. Similiter τέσσαρα cum præcedentium elementorum numero fiunt decem. πέντε ſimiliter fiunt quindecim. Verum ἕξ in ſuperiore ſermone indicauimus eſſe ſexaginta quinq;. At uero ἑπτὰ cum præcedenti numero, ἕξ non connumeratis, propterea quod priuatim ſexaginta quinque ſignificent, & per elementum non iudicētur, ſed per integram characterum ſcripturā, fiunt uiginti duo. Amplius aūt ὀκτὼ fiunt triginta. Eademq; ratione ἐννέα fiunt triginta

nouem

nouem. δέκα uero propriam aiunt habe-re rationem, Nam qui per integras literas ſcripti ac ſupputati ſunt numeri, ſingula-tim & per ſe ſignificāt. Et rurſus, quia non per ſcripturam characterum, uelut ιβ, ſed per elementum ſignificantur, δέκα fiunt quadraginta nouem, ſecundum aſcenſum præcedentium elementorum numero ſi-mul ſupputato. Quo uero omnis ambigui tas remoueatur, Siquidem audieris uocē alicuius dicentis δέκα, ſignificat triginta, propter ſupputationem quæ colligitur ex δέκα uoce ſcripta. Si uero ι alicubi uideris ſcriptum, accipies per ipſum quadraginta nouem, iuxta prædictū intellectū, ut præ-cedentium elementorum numerus ſimul cum denario complicetur. Atq; hoc mo-do εἴκοσι ſexaginta nouem fiunt, & τριά-κοντα nonaginta nouem. Cæterum τεσσε-ράκοντα non amplius iuxta eundē modum accipere oportet. Neq; enim centum tri-ginta nouem annos ullus aliquis uixerit. Quæ ratio etiam in πεντήκοντα, & adhuc maioribus numeris eſt obſeruanda. Opor tet igitur hos, nō iuxta aſcenſum numeri e-lementorū, ſed iuxta poſitionē elemento-

rum accipere ac interpretari. Velut τεσσαράκοντα notantur per elementum μ quod ipſum indicabit duodecim. Eſt enim duodecimum elementũ μ quod τεσσαράκοντα ſignificat. Quando aũt ſequitur ex ordine ν conſequens eſt ut quandoquidẽ ipſum μ duodecimum eſt elementũ, & ν decimum tertium, ſiue tredecim, fiat ſane & ξ decimum quartum & ſignificet quatuor & decem, & reliqua eodem modo. Sunt porrò & quidam compoſiti numeri, quos diuidere oportet, uelut in primis quidẽ ſic, decem bis dicta ſignificant uiginti, & decem ter, triginta & quater decem, quadraginta, & quinq̃es decẽ, quinquaginta, & ſexies decẽ, ſexaginta, & ſepties decẽ, ſeptuaginta, & octies decẽ, octoaginta, & nouies decẽ, nonaginta. Et rurſus, uiginti bis, quadraginta. Viginti ter, ſexaginta. Viginti quater, octoaginta. Viginti q̃nq̃es, centũ. Sic & triginta bis, ſexaginta, triginta ter, nonaginta. Et quadraginta bis, octoaginta, & q̃nquaginta bis, centũ. At uero in alijs plurium annorũ numeris, uelut ſi q̃s audiſſet aliquẽ dicentẽ, uiues annos uiginti ſex, diuidere oportet, & uiginti quidẽ ut uiginti

accpere

accipere,uerũ ꝭꝫ id eſt ſex,iuxta ſuperiorẽ rationẽ accipere, fiunt igitur omnes anni octoaginta quinq;. Si uero uiginti ſeptẽ, uiginti quidẽ per ſe, ſeptẽ uero iuxta priorẽ rationẽ uiginti duo accipere oportet,fiunt igitur omnes quadraginta duo. Sic & uiginti octo,quinquaginta, & quicũq; alius numerus cum uicenario cõiunctus, ſupra quinq;, per ſe calculum & ſupputationem ſubeat. Similiter & quicũq; numerus cum tricenario copulabit,ſupra tria, & quicũq; cum quadraginta, ſupra duo, & quicunq; cum quinquaginta,ſupra duo,uelut exempli gratia. Si quis audiſſet aliquẽ dicentẽ, uiues annos quinquaginta ſeptẽ,ſtolidum eſſet ſperare hominẽ ſepties quinquaginta annos uicturũ eſſe,qui eſſent trecẽti quinquaginta. Sed ſanè ſeptẽ per ſe iuxta ſuperiorẽ rationẽ,unà cũ quinquaginta ſupputati,fiunt ſeptuaginta duo anni. Quũ tñ qs fuerit intra prædictũ numerũ, uelut ſi qs annorũ exiſtẽs triginta,putaret aliquẽ ſibi dicere,uiues annos quinquaginta, hic uiuet in poſterũ uiginti, quo unà cũ priorib. triginta annis,uiginti ſucceſſura quinquaginta fiãt. Si uero quis annos habẽs ſeptuaginta,

uideatur ſibi quendã ipſi dicere, uiues an-
nos quinquaginta, hic de cætero tredecim
annos uiuet. Neq; enim de primis ipſi di-
cit, propterea quod primi plures q̃ quin-
quaginta ſint, neq; tamẽ alios quinquagin
ta annos ſupra ſeptuaginta uiuere poſſibi-
le eſt, aut cõtingens. Proinde reliquos tre-
decim annos uiuet, quoniã *v* elementum
quinquaginta ſignificãs, decimũ tertiũ ex
ordine locũ obtinet. Conſimilis aũt & in
alijs ſimilibus ratio obſeruetur, quũ nume
rus qui alicui denunciatur, prius tranſacto
tẽpore fuerit minor, ad futurũ uero tẽpus
impoſſibilis. Inſuper uero & dies, & men-
ſes, & annos ut plurimũ ſic dijudicare o-
portet. Neq; enim ſemper æqualis penitus
ualoris reperiũtur. Nã & per annos, men-
ſes ac dies indicãtur, & per menſes, anni ac
dies, & per dies, menſes ac anni. Ne uero
& hic in ambiguitatẽ delabamur, ubi quis
annos dixerit, ſiquidẽ fuerint moderati &
poſſibiles, pro annis iudicent. Si uero mul
ti, pro menſib. Si aũt penitus modũ exceſ-
ſerint, pro dieb. Reuertit aũt ratio à dieb.
Si em̃ multi fuerint, pro diebus iudicentur.
Si uero moderati, pro mẽſibus. Sin pauci,
pro

proannis. Similiter & menſes iuxta poſſi-bilitatẽ accipe ac interpretari oportet. poſ-ſibilitatẽ autẽ & impoſſibilitatẽ indicabit, quod ad tẽporis uitæ rationẽ attinet, ipſa ſomniãtis ætas. In aliĳs uero pręfinitis tem poribus, expectatio & reſpectus neceſſita tum. Quin & huius meminiſſe oportet. Quod dĳ ſępe pronunciant quidem ut de temporibus uitæ, ſignificãt autem nõ ſem per de tempore uitæ, ſed aliquando de per mutatione rerum, & ſeruis de libertate, & de aliĳs, quæ ſermo ſupra de morte relatus cõplectitur. Hæc quidem igitur quantum poſſibile fuit pro uiribus noſtris, citra defe ctum, et ut mihi uidetur ex integro, omnia dicta ac enumerata ſunt tibi Caſſi Maxi-me uir ſapientiſſime. Si uero quiſpiam ex his quib. hi libri obuenient, ex relatis quic quam ab alio aliquo acceptum eſſe, et non à me per experiẽtiam cognitũ putat, is ua-nam & temerariã alit ſupitionem. Verum ubi inciderit in huius libri præfationem, eamq; diligentius expenderit, intelliget ſa-ne meum propoſitum ac uoluntatem. In-ſuper ſi cuipiam ad contrarium uergere ui detur aliquid ex relatis, ut mihi uidet̃ pro-

pterea quod ab aliqua probabili ratione commoueatur, is ſciat quod inueniet quidem quæ dicat, & quæ credibilia fiant, ad quæ inuenienda neque mihi facultas deerat. Verum non his qui in theatris applauſum captāt, & uerborum negociationem exercent, unquam placere uolens conuerſatus ſum, ſed ſemper experientiam & regulam teſtes meorum ſermonum aduoco. Ego itaque ad omnium experientiam iam perueni. Neque enim quicquam aliud feci, uerum ſemper & noctu & interdiu circa ſomniorum iudicationem ac interpretationem uerſatus ſum. Tibi uero non eſt neceſſe ut tēpus expectes, ſed mox iſthuc per teipſum (quæ tua ſapientia atque excellens prudentia eſt) de ſingulis ipſis iudicare poteris, num recte an ſecus habeant. Eſt autem exiguum quiddam, quod rogo, omnes qui in hos libros inciderint, nimirum, ut neque adponant quicquam, neq; ex præſentibus quid adimant. Siue enim quis poterit meis aliquid addere, facilius utique propria fecerit. Si uero quędam ex ſcriptis in his libris ſuperflua iudicauerit, his tātum quæ ſibi placent utatur, reliquis

ex li-

ex libris nō exemptis, deum inſpectorem & cuſtodem omnium reueritus Apollinem, à quo perſuaſus ego, ut qui patrium numen mihi exiſtat, ad hanc tractationem progreſſus ſum. Sæpe enim me cohortatus eſt, & maxime nunc manifeſte inſtitit mihi, quādo tibi notus factus ſum, & tantum non iuſſit me hæc conſcribere. Nihil igitur miri eſt Apollinem in Daldia, quem nos patrio nomine Myſten uocamus, ad hæc prodenda me cohortatum eſſe, ut qui uirtuti & ſapientiæ tuæ conſultum uelit. Nam Lydis quandam hoſpitij neceſſitudinem cum Phœnicibus eſſe, hi qui patriæ res ac hiſtoriam prodiderunt narrant.

Finis ſecundi libri Artemidori Daldiani de ſomniorum interpretatione, Iano Cornario Medico phyſico interprete.

Quæ in tertio libro Artemidori Daldiani de ſomniorum interpretatione contineantur.

Hic liber cõgregatio & collectio eſt eorum quæ in prioribus duobus libris ſunt relicta. Quare neq; proprie tertius inſcribitur, ſed philalethes, hoc eſt ueritatis amator, aut ϕνόδιος hoc eſt inuitatorius ſiue Mercurialis in uia poſitus.

De ludo cuborum ſiue teſſararum Cap. I
De furto II
De ſacrilegio III
De mendacio IIII
De coturnicibus & gallis pugnacibus V
De formicis VI
De pediculis & lumbricis VII
De cimicibus & culicibus VIII
De pugna & odio IX
De mactatione ſiue cæde X
De crocodilis & fele XI
De Ichneumone & Viuerra XII
Deum factum eſſe XIII
Deum ſuſcipere, aut dei habitum habere XIIII
De gralis XV
De deambulatione ſuper mari XVI

Homines fingere XVII
Vehiculo ſubiugatum eſſe XVIII
Vehi in curru XIX
De uaticinatione XX
Vatem factum eſſe XXI
De morbo XXII
Suas ipſius carnes edere XXIII
Siniſtre amictum eſſe XXIIII
Siniſtra ſcribere XXV
De nouerca & uitrico XXVI
De prædeceſſoribus & ſucceſſori-
bus XXVII
De mure & muſtela XXVIII
De luto XXIX
De pelui XXX
De imagine XXXI
De obſtetrice XXXII
De ſpina & aculeis XXXIII
De litera ρ & numero centena-
rio XXXIIII
De catena XXXV
De tela & auxiliaribus inſtrumen-
tis XXXVI
De coticula XXXVII
De etymologia & originatione nomi-
num XXXVIII

De con-

De conſolatione XXXIX
De uulneribus & cicatrice XL
De debito, & creditore, & locatore domus XLI
De inſania & ebrietate XLII
De timore XLIII
De epiſtola XLIIII
De hernia XLV
De plantis in corpore naſcentibus XLVI
De ſcabie, & lepra, & elephante corporis uitio XLVII
Lapidibus iacere aut ici XLVIII
De cicadis XLIX
De ſcilla & haſtula regia L
Eadem cum alio pati LI
De ſterquilinio LII
De oratione LIII
De claue LIIII
De coco LV
De ludo calculorum ſiue latrunculorum LVI
De lanio ſiue macellario LVII
De ſtabulario ſiue hoſpite publico LVIII
De publicano LIX
De leucea, & lino, & cannabe LX
Seruari LXI
De

De excubijs LXII
De foro LXIII
De ſtatuis LXIIII
De talpa LXV
De nocturnis auibus LXVI
De horologio LXVII

ARTEMIDORI DALDIANI DE ſomniorum interpretatione liber tertius, Iano Cornario Medico phyſico interprete.

Præfatio.

QVandoquidem magnitudinis ſapientiæ tuæ, Caſſi Maxime reſpectu, ad hanc tractationem conſcribẽdam prouocatus ſum, quam in duobus libris pertractaui, ita ut promiſſum tibi ordinem & conſequentiã teneat, et nulla parte cum ueterum propoſito quicq̃ commune habeat, et ſane quantũ poſſibile fuit, alia quidẽ ex aſſe & integro, alia uero cum quibuſdã concordantia, alia aũt etiã iuxta aſſimilationẽ pronũciata, prodidi & expreſſi; uidebatur autẽ mihi adhuc aliquid toti argu-

argumento deeſſe, uerũ his quæ in utriſq; libris ſcripta ſunt nihil adſcribi poſſe aut decere, quãdoquidem uelut ſi ſano & formoſo corpori aliquid attextum eſſet, futurum id erat, ad formoſitatis ac prioris pulchritudinis cõſeruationem, ſeorſim & ſingulatim ſingulis relictis, ſparſim & non coaptatis capitibus, coaceruatis, hũc libellũ tibi feci, ut ne quis acceſſum & quaſi ſcalã nactus, ad eiuſmodi quippiam conſcribendum progrediatur.

De ludo cuborum ſiue teſſerarum. Cap. I

C Vbis ludere ſibi uideri, contẽtionem futuram ſignificat cum aliquo de argẽto. Nam cubi ſiue teſſerę numerũ continent, & calculi uocãtur, quibus ludus is perficitur. Semper autem bonum eſt uincere. Si uero quis ægrotans ſuſpicetur ſe calculis ludere, aut alium ludentem uidere, peſſimum eſt ſi ipſe relinquatur. Quoniam uictus non plures calculos habens, relinquitur. Ipſi autem cubi conſpecti, ſeditiones & inimicitias prędicunt.

perditi uero, ſeditiones imminẽtes ſoluũt,
& aucti augent. At uero puerum uidere lu
dentem cubis, aut talis, aut calculis, nõ eſt
malũ. Eſt enim puerorum cõſuetudo ſem/
per ludere. Verum uiro perfecto & mulie
ri malum eſt, talis ludere ſibi uideri, niſi ſa/
ne quis hoc ſomniũ uideat qui alicuius hæ
reditatem ſperet. Ex mortuis enim corpo/
ribus facti ſunt tali, quapropter pícula reli
quis præſagiunt.

De furto. Cap. II

f Vrari ſibi uideri, nemini bonum
eſt, exceptis his qui aliquos deci/
pere uolunt. Furari ẽm, quod κλέ
πτειν græcis hodie eſt, ueteres pro παραλογί
ζεσθαι, hoc eſt falſa ſupputatione decipere
uſurpabant. Quanto autem maiora & pre
tioſiora, aut ſecurius cuſtodita, qs furetur,
tanto maius periculum ſuſtinebit. Veriſi/
mile eſt enim ut quibus periculis lex fu/
rem obijcit, iiſdem ſomnium ſomniantem
ſubijciat.

De ſacrilegio. Cap. III

ſ Acrilegiũ perpetrare, & dijs obla
ta donaria furari, omnibus natu/
ra malum eſt, ſolis aũt ſacrificulis

u & ua/

& uatibus cõducit. Etenim primitias deorum conſuetudine permiſſum eſt ipſis diripere, & quodam modo à dijs nutriuntur, & non omnes manifeſte accipiunt.

De mendacio. Cap. IIII.

M Entiri non eſt idoneum, niſi his q ad orcheſtram aſcendunt, & præſtigiatoribus, & quibus mos eſt mentiri. Minus aũt malum eſt alienis mentiri, quàm proprijs & ſuis. Magnas enim calamitates ſignificat, etiã ſi ob paruas res quis mentiri ſibi uideatur.

De coturnicibus & gallis pugnacibus. Cap. V

C Oturnices his q eas libẽter alunt, nuncios ſignificãt per mare affuturos iniucũdos & malos. & per mare quidem, quoniam etiamſi ipſæ quidem uernaculæ regiõis incolæ ſint, tamen per mare accedunt. Iniucũdos uero, quod & pugnaces ſint & breuis uitæ. & in ſodalitatibus, & amicitijs, et nuptijs, & uitę cõmercijs, ſeditionum & contentionũ ſignificationẽ habent. & ægrotis ſi quidẽ traijciant, mortẽ ſignificant, propter uitæ breuitatem. nõ traijcientes, minus periculum.

Sed &

Sed et ad peregrinationē malæ ſunt, dolos enim & inſidias, & deprædationem ſigni-ficant. Nam & ipſæ è domibus diſceden-tes, in manus incidunt eorum qui ipſis in-ſidias ſtruūt. Galli uero pugnaces, ſeditio-num & cōtentionū ſolummodo ſignifica-tiui ſunt. Verum nō ad alia ita ſimilē cum coturnicibus euentum habent.

De formicis. Cap. VI

Formicas alas habentes uidere, nequaq̄ bonum eſt. perniciem enim & pegrinationes periculoſas prædicunt. Reliquæ operariæ appellatę bonæ ſunt agricolis. fertilitatē enim præſagiunt. Quoniam ubi nō ſunt ſemina, ibi nemo uiderit formicas. Bonæ ſunt eædem etiā his qui ex turba rem quærūt, & ægrotis, quando ſanè nō circa corpus ſomniantis diuer-ſentur. Operarię enim appellantur, & operari non ceſſant, quod proprium eſt uiuentium. Quum autem circum corpus diuer-ſantur, interitum præſagiunt, pro-pterea quod terræ filiæ ſunt, & frigidæ & ni-græ.

De pediculis & lumbricis. Cap. VII

P Ediculos paucos habere, et in corpore aut ueſtibus inuenire, eosq́ occidere, bonū eſt. Omni enim triſtitia ac cura liberatū iri ſomniū prædicit. Multos autem et copia excedentes, malū. Significat enim morbū lōgum, aut uincula, aut multā inopiā. In his enim malis pediculi abundant. & ſi quidē quis abijcit & depurgat omnes, ſpes eſt ipſi ut aliquando his liberetur. Si uero quis habens ipſos expergefiat, nunq̄ ſeruabitur. Lumbricos excernere per ſedem, aut per os, à domeſticis hominibus & cohabitantibus, & ut plurimum eadem menſa utentibus iniuria affectum, ſuos hoſtes & iniuriatores cogniturum eſſe & expulſurum ſignificat, aut iuxta alium modum ipſis priuatū iri. Inhabitant enim corpori lumbrici, ſed nihilo minus ipſum corpus lædunt. Poſtquā autem excreti fuerint, excretionē et expulſionem huiuſmodi hominibus ſignificant.

De cimicibus & culicibus. Ca. VIII

C Imices anxietates & curas ſignificant. Aequaliter enim uelut curæ etiam hi ſomniū impediunt, inſuperq́

perq; erga quoſdã domeſticos, et ferè erga uxores, animũ auerſum & diſplicentiã inducunt. Culices autẽ & ſi quid aliud ſimile eſt, hoĩes malos ſomniantẽ aggreſſuros eſſe ſignificant, damnũ inferentes ampliusq; diuulgantes. Cauponibus autẽ & uinũ uendentibus, uinum in acetũ permutatũ iri ſignificant. Gaudent enim aceto.

De pugna & odio. Cap. IX

Pugnare cum domeſticis, non eſt bonũ. ſed neq; cum externis, minus tamen malũ eſt. Si quis ægrotans putabit ſe pugnare, delirabit. Pugnare cum potioribus, uelut dñis, regibus, magnatibus, & omnibus præminentibus potentia hoĩbus, male affectum iri ſignificat, peſſime enim de eo ſtatuent hi cõtra quos pugnauit. Odiſſe aut odio haberi, nemini conducit. Nihil autem refert nec differt quendam odiſſe à quo aliquis odio habetur. quãdoquidem odium inimicos facit, inimici autem neque ſubleuant, neque adiuuant. Opus eſt autem hominibus auxilio, opus eſt & ſubleuantibus. Quoniã itaque per huiuſmodi iuuantur, malum ſanè odium obſeruauimus.

De mactatione ſiue cæde. Cap. X

m Actari & mori quid ſignificet, in ſermone de morte libro ſecundo prædictum eſt. Mactatos autẽ & cæſos uidere bonum eſt. Omnia enim propoſita cõpleta iam ad finem perducta eſſe ſignificat. Quoniã cædes ſignum eſt finis.

De crocodilo & fele. Cap. XI

c Rocodilus piratam aut homicidam, aut nihilo minus uecordem & nequam ſignificat. Quomodocunq; autem affecerit ſomniantem crocodilus, ſic afficiet etiam is qui per crocodilum ſignificatur. Feles adulterum ſignificat. Eſt enim fur auium. Aues autem aſſimilantur mulieribus, quemadmodum in primo libro admonui.

De Ichneumone & Viuerra. Cap. XII

i Chneumon & uiuerra, homines doloſos & maleficos ſignificant. qui nunq; uidentibus ſomnium, beneuoli eſſe poſſunt, propter feritatẽ, & quod ægre mãſuefieri poſſint. Et Ichneumon quidem uiros ſignificat, Viuerra autem fœminas.

Deum

Deum factum eſſe. Cap. XIII

c SI quis ſe deum factũ eſſe putet, ſacerdos fiet aut uates. Eundẽ enim honorem cum ipſis dijs habẽt. Si uero quis ægrotãs ſe deum eſſe putet, morietur. Immortales enim dij ſunt, itẽq; mortui, quoniam non amplius moriẽtur. Si uero qs in paupertate, aut ſeruitute, aut uinculis, aut calamitatibus, aut quocunq; malo conſtitutus, hoc ſomnium uideat, liberabitur à malis ipſum premẽtibus. Facile eſt enim deo & promptũ, ut ab omnibus malis ſeruet. At uero diuiti uiro & magnati, principatum maximum pro ratione dignitatis prædicit. Aequaliter enim dijs etiam principes aliquibus bene aut male facere poſſunt. Bonũ eſt autem & in ſcenam progredientibus, propter conſuetudinem repręſentandi perſonas, ſæpe uero etiã deorum perſonas aſſumunt.

Deum ſuſcipere, aut dei habitum habere. Cap. XIIII

d DEum ſuſcipere ſibi uideri, feliciter quidem agenti curas & triſtitias, & grauia negotia prędicit. Qui enim in calamitate cõſtituti ſunt, ſacrificãt

dijs,eosq; ſuſcipiũt. Ei uero qui in pauper tate aut anguſtia degit, magnũ bonorum incrementũ præſagit. Tunc enim maxime pauperes dijs gratias agunt, ipſosq; ſuſci- piunt,quum fuerint ditati. Dei porrò ha- bitum habere, eiusq; ornatu amictum eſ- ſe, alterius cuiuſdã diuitis procuratorem fore ſignificat,ut apparentiam quidem di- uitiarũ quis habeat,uerum nõ ſubſtantiã. Hoc ſæpe ſic euentũ habuiſſe obſeruaui.

De gralis. Cap. XV

Gralas aſsũpſiſſe ſibi uideri, maleficis quidẽ uincula ſignificat. Nã alligãtur gralæ pedibus,& deambulationem alterant. Reliquis morbũ aut uagabundam apud exteros uitam prædi- cit,propter eaſdem cauſſas.

De deambulatione ſuper mari.

Si quis ſibi uideat̃ ſup̃ mari deambulare, & p̃egrinari uoluerit,bonũ eſt,maxime ſi nauigaturus eſt. Multam enim ſecuritatem ſomniũ præſa- git.Bonũ eſt & ſeruo, & uxorẽ ducere uo- lenti,ille enim dño,hic uxori imperabit.Si mile eſt em̃ dño ipſum mare,ꝓpter poten- tiã.& uxori,ꝓpter humorẽ.Bonũ eſt & li-

tigãti,ſupior em̃ iudice euadẽs uincet,neq; id diſſimile uero eſt,propterea quod iudici ſimile ſit mare, quãdo alios bene, alios male afficiat. Viro autem iuniori, amorẽ meretricum ſignificat, & uxori ſomnium uidenti,meretriciæ uitæ uſum. Simile eſt em̃ mare meretrici, propterea quod primas apparentias iucundas obijciat,uerum plurimos male tractet. Omnibus uero qui uictum & rem ex turba quærunt,& rempublicam adminiſtrantibus, & tribunis plebis,cum multa gloria non uulgarem quæſtũ prædicit. Simile enim & turbæ eſt mare,propter ordinis confuſionem.

Homines fingere Cap. XVII

HOmines fingere bonum eſt pædotribis & pædagogis, quorum alteri corpora, alteri animos puerorum exercent, atq; ſic quodam modo homines fingunt,illi ad concinnitatẽ corpora ipſorum aptando,hi mentes meliores reddendo. Bonum eſt & his qui liberos non habent, quoniã genuinorum filiorum generationem prædicit. Bonum eſt & mangonibus qui ſeruorum mercaturam exercẽt, itemq; pauperibus, illi enim ex negotia-

tione multum & magnum quæſtũ facient, hi uero multos famulos acquirent. Maleficis autẽ perniciem præſagit. Nam & Promethea ferunt ob id quod homines finxerit, ignemq́ furatus ſit, male perijſſe. Diuitibus uero & ualde potentibus, regiũ aliquem magnum principatum prædicit.

Vehiculo ſubiugatum eſſe
Cap. XVIII

u Ehiculo ſubiugatũ eſſe, uelut quoddam animal quadrupes, ſeruitutem & laborem & morbum præſagit, etiam ſi quis ualde ſplẽdidæ & delicatæ uitæ ſomnium hoc uideat.

Vehi ſuper curru Cap. XIX

u Ehi ſuper curru aut lectica, hominibus ſubiugatis ad trahendum, multis imperaturum eſſe ſignificat, inſuperq́ liberos bonos ſomniãti ſomniũ hoc promittit. Verum ad peregrinationes nõ ualde conducit. Securitatem enim indicat, multam autem tarditatem prædicit.

De Vaticinatione Cap. XX

a D uates proficiſci, & oraculum petere, ſiue de aliquo interrogare, curas non uulgares ſomnianti acceſſuras

ras eſſe ſignificat. Nō enim curioſus eſt de uaticinatione qui nulla cura præmitur. Quicquid autem uates uerus reſponderit, fidem habere oportet. Verum de differentia uatum, quibus credere aut non credere conueniat, in ſecundo libro, capite de fide dignis prædixi. Si uero nihil reſpōdeat uates, omnem aggreſſionem, omnemq́ conatum differt ac remoratur. Eſt enim apud ſophiſtas, ſilentium non reſponſio, ſed renunciatio.

Vatem factum eſſe Cap. XXI

Si quis putet ſe uatem factum eſſe, & in prædicendo celebrē haberi, multarum rerum experientiã aſſequetᷣ, & curas ſuſcipiet, partim priuatas & proprias, partim alienas. Nam uates curioſus eſt de malis nihil ad ipſum pertinentibus, quæ uidelicet afferunt ipſi qui de illis uaticinium petunt. Inducit ſæpe etiam peregrinationes & motus hoc ſomnium ei qui id uidit. Propterea quod uates uagabundam uitam agant, hinc inde circumuerſantes. Inducit & pauperibus opulentiam. Multi enim opus habent uate, itemq́ opulento.

De mor-

De Morbo Cap. XXII

Egrotare ſolis his q̃ in uinculis, aut
a magna neceſſitate cõſtituti ſunt, bo
nũ eſt, propterea quod & morbus
molem corporis ſoluat. reliquis magnum
ocium prædicit, ocioſi enim ſunt ęgroti. &
rerum neceſſariarũ inopiam, Inopes enim
corpore ægroti fiũt. & peregrinationibus
obſtat, difficulter enim moueri poſſunt æ-
gri. & concupiſcentias impleri non ſinit,
Neq; enim appetẽtias ægroti explent me-
dici, ob periculi formidinẽ. At uero ſi quis
uideatur ſibi ægrotum quendam uiſitare,
eadem ipſi ægroto ſignificat, ſi quidem is
notus et familiaris exiſtat. Si uero ignotus,
ipſi ſomnianti. Nihil enim refert, ſiue quis
ipſe ægrotare, ſiue alium ignotũ ægrotan-
tem uidere, ſibi uideatur. Imagines enim re
rum ſomniantibus euenturarũ ipſos pro-
pinquos eſſe dicimus. Quin & hoc obſer-
uaui. Quæcunq; bona aut mala ſtatim aut
magis & uehementius euentura, anima ſi-
gnificare uoluerit, ea ipſa circa ipſum ui-
dentem cõtingẽtia adducit. Quæ uero tar-
dius aut minus aut debilius, ea per alienũ
corpus anima uidenti oſtendit.

Suas

Suas ipſius carnes edere Cap. XXIII

Vas ipſius carnes edere ſibi uideri, ſ bonum eſt pauperi, multa enim per corporis exercitationē ac laborem acquiret, & ſic non carnes ſuas edet, ſed quæſtum per carnes partum cōſumet. Bonum eſt & opifici manuario, ab eiuſmodi maxime partibus corporis edere, per quas uictum & rem parat: alij enim utraque manu operantur, alij altera ſola, alij ſummis tantum digitis, alij toto corpore. Philologis & eloquentię ſtudioſis bonum eſt, alijs exhibere os ac linguam edenda. Multo enim quæſtu ex ore & lingua facto, ſufficientes erunt etiam alijs exhibere. Si uero quis ſuum os comedat, aut ſuam ipſius linguā, ceſſabit ab eloquij uſu. Idiotis autem pœnitentiam ob ſermonum petulantiam ſignificat. Mulier ſuas carnes comedens ſcortabitur, atque ſic à proprio corpore nutrietur. Omni autem ægrotantem habenti aut amicum, aut cognatum, aut aliū quendam ſui ſtudioſum, luctū prædicit. Lugentes enim ſuas carnes dilaniantes ipſas comedunt. Diuiti autē & omni ex animi ſui

ſententia

ſententia uiuenti, non eſt bonum de ſuis carnibus comedere. Funditus enim ſubuerſum iri uitam et ſubſtantiam bonorum eius qui ſomnium uidit ſignificat, quemadmodum euenit etiam ei qui proprium ſtercus edit.

Siniſtre amictũ eſſe Cap. XXIIII

Siniſtre amictum eſſe, aut quomodocunq; ridicule & non ornate, omnibus malum eſt, & ſupra rerum improſperũ ſucceſſum, etiam detractionem ac deriſionem aliquem ſuſtinere oportere ſignificat. Solis autem his qui riſum hominum captant bonum fuerit hoc ſomnium, propter conſuetudinem.

Siniſtra ſcribere Cap. XXV

Siniſtra ſcribere, malefice q̃d facere ſignificat, perq; fraudulẽtiæ ac deceptionis uſum, aliquem circumuenire, & iniuria afficere. Sæpe etiam adulterum fore ſignificat, et ſpurios filios clàm generaturum eſſe. Noui autem quendam qui ex hoc ſomnio ridicularum cantilenarum poeta factus eſt.

De nouerca

De nouerca & uitrico Cap. XXVI

n Ouercam uidere, neq; uiuentẽ neq; mortuam bonum eſt. Et ſi quidẽ mo leſta ſit, aut iraſcatur, aut lædat nouerca uidentem per ſomnium, auget mala. Si uero moderate offeratur, minora mala facit. Gratificãs autem tum uerbis, tum factis, uanas ſpes & expectationes eſſe ait. Neque enim ex animo, neque beneuola unquam amauerit priuignum nouerca. Vitricus porrò eadem quæ nouerca ſignificat, uerum uiribus minora. Sæpe uero & uitricus & nouerca, peregrinationis & uitæ apud exteros ſigna ſunt. Pater enim & mater ſimiles ſunt domui. Vitricus aũt & nouerca externitati.

De prædeceſſoribus & ſucceſſoribus Cap. XXVII

p Rædeceſſores conſpecti, cognati ſcilicet qui ante parẽtes noſtros uixerunt, curas ſignificant ueterum negociorum gratia, & ſi quidem boni aut iucundi aut grati aliquid fecerint, aut dixerint, curæ ipſæ in bonum finem deſinent. Sin contra, in malum.

Succeſſores aũt ſi quidẽ infantes adhuc & parui

parui fuerint, curarum ſignificationem habent, de quibus exactius primo libro capite de puerorum generatiõe dixi: qui uero iam perfecti ſunt, auxiliũ & opem ac præſidium ſignificant.

De mure & muſtela Cap. XXVIII

MVs famulum ſignificat, cohabitat enim & ex ijſdem nobiſcum nutritur, eſtq́ manifeſtus. Bonũ eſt multos intus uidere mures atq́ eos hilares & ludentes. Multã enim lætitiam ſignificãt, & famulorũ acquiſitionẽ. Si uero quid uariegatius circa mures quis uideat, iudicationes trãsferre poteſt ex his quæ Melampus in libro de monſtris ac ſignis, et de muribus ſcripſit, nihil differre putans ea quæ interdiu fiunt, ab his quæ per ſomnium fieri uidentur. Eandem enim prædictionem habent, uelut nobis ſæpenumero experientia ipſa cõmonſtrauit. Per longum autem & hunc locum elaborauit, in ſecũdo libro ſuæ tractationis Apollonius Attaleus. Mihi autem nunc propoſitum eſt, ea quæ ſignificantur oſtendere ſingulorum in ſuperiore tractatione relictorum. Quapropter & hunc tertium librum non ut con-

iunctum

iunctum & coaptatum illis duobus, ſed ut relictum, & ab illis ſeparatum feci, unde et meritò inſcriptionem adipiſcetur, non tertius illorum, ſed per ſe philalethes hoc eſt ueritatis amator, aut ἐνόδιος id eſt Inuitatorius ſiue Mercurialis. At uero muſtela mulierem ſignificat maleficā, & malignis moribus præditam, aut litem, δίκην græcis appellatam, Nam uox δίκη parem numerum implet cum ea quæ muſtelam ſignificat, γαλῆ uidelicet, Ex ijſdem enim literis eundem numerum repræſentantibus conſtant. Significat item mortem, quicquid enim apprehenderit hoc putrefacit: & lucrum ac utilitatem, appellatur enim à quibuſdam græcis κερδῶ, quæ uox lucrum ſonat, & ἰλάρια ab hilaritatis originatione. Verum differentiam horum accipere oportet, et ex eo quod uidetur accedere, aut abire, & facere quid iucundum aut iniucundum, & prout aliquid patitur aut operatur.

De Luto Cap. XXIX

Vtum morbum ſignificat, & contumeliam, Morbum quidem propterea quod nō eſt pura neq; aqua,

neq; terra, ſed ex utriſque mixtum, ut neu-trum exiſtat. Eſt igitur mala corporis mi-ſcella, hoc eſt morbum prædicit, atq; id ra-tionabiliter & meritò. Contumeliam aũt, quia inquinat. Inſuper & cinædum, pro-pter liquiditatẽ & exolutionem. Bonum autem fuerit his qui ex luto rem et uictum parant.

De pelui Cap. XXX

Pelvis famulam ſignificat, & ancil-lam fidelem. Bibere ex pelui ancillę amorem ſignificat, quæ ſignificatio eſt etiam ſi quis in pelui edit. Peluim aureã aut argenteam habere, aut ancillam poſt manumiſſionem in uxorem ducere ſigni-ficat, aut antea manumiſſæ cohabitare. Pe-luis ſi frangatur, ſerui interitum ſignificat. Pelui uice ſpeculi uti, ex famula filios pro-creare ſignificat. Si uero quis ſeruus hoc ſomnium uideat, qui alium famulum non habeat, iudicare oportet peluim ipſam, ſer uitutem ipſi ſignificare.

De Imagine Cap. XXXI

Imago liberos ſignificat, & uolunta tem ac mentem ſomniantis. Libe-ros quidẽ, propter ſimilitudinem,

mentem

mentem autem & uoluntatem, propterea quod omnes imaginibus promittant. Imago ex materia ſolida & imputreſcibili facta, melior eſt quàm picta, aut lutea & cerea, aliæq; conſimiles. Quicquid autem patiantur imagines, hoc perpetientur etiam liberi ſomniantis, & conatus actionum. Sæpe uero & in parentes, & in fratres, & in alios cognomines, ſomnium euentum habet.

De obſtetrice Cap. XXXII

OBſtetrix conſpecta, occulta reuelat, propterea quod arcana & occulta perſcrutetur. ſignificat et damnum, & ægrotantibus mortem, Educit enim ex continente ſemper cõtentum, ipſumq; terræ committit. Eos uero qui uiolenter ab aliquo detinentur, liberat, Nam cõtentum corpus à continente exoluit, atq; ſic contentum corpus à continente liberans, corpus leuius facit. Si uero ſæpe conſpiciatur obſtetrix à muliere non habente in uentre, morbum ipſi denunciat. Ei uero quæ uterum geſtat nihil ſignificat, propter partus curam.

De ſpina & aculeis. Cap. XXXIII.

f Pinæ & aculei, dolores ſignificant propter acumen, & impeditiones, propter detentionem. & curas ac triſtitias, propter aſperitatem. Multis uero et amores, & iniurias ab hominibus malis. et amores quidem, propterea quod non ſint læti amantes. Iniurias autem ab hominibus malis, propter ſanguinis ex uulneribus per illa inflictis excretionem. Et ſpinæ quidem ex mulieribus iniurias. Aculei uero ex uiris denunciant.

De litera ρ & numero centenario. Cap. XXXIIII.

e X literis ſingulis ſingulatim conſpectis, uocales quidem, & timores & turbationes ſignificant. Semiuocales uero, res quidem & actiones non impediunt, timores autem inducunt. Mutæ aũt neq; timores, neq; actiones inducunt. Priuatim uero litera ρ à numero iudicat̃. Eſt igitur his qui ad actionem animum cõuertunt bona, propter numeri parilitatem. Nam & ἐπ' ἀγαθὰ uox, quæ in bonum ſignificat, centenarium numerum repręſentat ac explet. Eſt & bona his qui peregri-

nos

nos expectant. Eſt enim numerus centenarius & in dictione ἀγγελὴν, quæ ſignificat nuncium. & his qui dubitant utrum pedeſtri itinere ipſis abeundum ſit, aut nauigatione, conſulit profectionem pedeſtrem, Nam uox πεζῆ quæ pedeſtrem profectionem ſignificat, itidem centenarium numerum repræſentat. Qui uero curioſi ſunt an ipſis omnino exeundum ſit, his conſulit ut maneant, Nam uox μένε, mane ſignificãs, centum repræſentat. Maleficos autem in uincula conijcit, Nam & pedicæ græcis πέδαι appellatæ, centenarium numerum explent, ſingularum literarum numero in πέδαι uoce ſupputato. Paſtoribus porrò & equiſonibus bona eſt litera ρ. Nam νέμε, hoc eſt paſce, ſi ſupputetur centenarium numerum efficit.

De catena. Cap. XXXV

C Atena uxorem ſignificat, propter nomen, & detentionem. Significat & negociorũ non gratorum, neque iucũdorum implicationem. Multas enim connexiones & iuncturas habet, & uinctos non letos facit. Inſuper uero remoras, cohibitioneꝗ ac impeditionem actionũ ſignificat.

De tela & auxiliaribus inſtrumentis Cap. XXXVI

t Ela recta motũ & peregrinationem ſignificat, textricẽ em̃ deambulare oportet. Altera uero tela detentiõis ſignificatiua eſt. Nam deſidentes mulieres talem telam texunt. Omnibus autem melius eſt telam recens texi inchoatam uidere, quàm iam excindendã, ſimilis eſt enim fini uitæ. Quæ igitur nuper texi cœpit tela, longam uitam prædicit. Quæ uero iam excindenda eſt, breuem, exciſa uero, mortem. Cæterum de rerum textarum differentia, in ſermone de ueſtitu & ornatu, tũ uirili, tum muliebri, libri ſecundi principio mentionem feci. Inde ſanè iudicationes transferre oportet. Si quis nauigans telam uiderit, putet ſe malum nauis uidere, Quicquid igitur circa telam euenerit, idem etiam circa malum eueniet.

Auxiliaria autem inſtrumenta, & quæ ad telæ texturam præparantur, multas curas & negociorum confuſionem ſignificant, quorum diſcretio ſero & uix tandem continget, quàm diu enim auxiliaria ſunt, confuſa ſunt & indiſcreta, Vbi autem tela fue

rit

rit abſoluta, ſingula in proprium digeſta & ordinata locum, & utilitatem ſignificãt ſimiliterq́ exhibent.

De coticula Cap. XXXVII

Coticula exhortatiõis eſt ſignum ac læticiæ, & quodam modo dicit, acutiores nos fieri oportere. In amicitijs autem non auxiliantes ſignificat, ſed exhortantes & incitantes. Coticula enim nihil communiter facit cum ferro, acutius tamen ipſum reddit. Sæpe uero etiam uxorem coticula ſignificat.

De etymologia & originatione nominum Cap. XXXVIII

Nomina quorum originatio explicari poteſt, non inutilia putanda ſunt ad iudicationes. Siue enim in bonis ab alijs ſignificatis nomina fuerint gratioſa, perfectiora bona erunt. Siue in malis, minora & obtuſiora mala faciũt. At uero infamia nomina contraria uoluntatibus, mala quidem extendũt, bona uero obtundunt. Sæpe autem & ab ipſis ſolis aliquid prędicere licet, uelut apud gręcos, μενίων et μενεκράτης, & κρατῖνος, ꝑegrinari probibẽt.

ζήνων autem & ζηνόφιλος, & θεόδωρος, ægrotos erigunt. κάρπος autem & ἐλπιδοφόρος, & εὔτυχος, lucrum & pecuniarum adeptionem ſubindicant. θράσων autem & θράσυλος, & εὔβουλος, & θρασύβουλος, ad agendum incitant, & non ſegnem eſſe iubent. Similiter etiam in fœmininis nominibus iudicationes facere oportet.

De conſolatione Cap. XXXIX

Conſolatio felices quidem iniuria afficit, eos uero qui in infortunio con-
c ſtituti ſunt, iuuat. Illos enim ad hoc perducit, ut conſolatione opus habeant, propter animi abiectionem in accidẽtibus malis. His uero bonas ſpes ſuggerit, recte & rationabiliter huiuſmodi eueniẽte. Neque enim uidenti quiſpiam dixerit, uidebis, ſed & ueriſimile eſt oculos ſuffuſos habẽti, quo ſpem & deſiderium eius excitet. Neqꝫ ſano quiſquam dicit, conualeſce, ſed ut par eſt ægrotanti. Sic igitur quando ad aliquem progreſſus dixeris, diteſces, felix eris, fortunatus eris, facies quod uoles, nõ utiqꝫ felici, neqꝫ ex animi ſententia agẽti dicis. Si uero ei ꝗ in calamitate cõſtitutus eſt quiſpiam

quiſpiã prædicit, calamitatis ſolutionem, tunc ſanè ſermonem de fide dignis reſumere ac renouare oportet, quem in fine ſecundi libri dixi: & ſi quidẽ fide dignus fuerit qui prædixit, credere. Sin minus, ipſum ut deceptorem contemnere.

De uulneribus & cicatrice. Cap. XL

ſ I in alia quacunq; parte corporis uulnus extiterit, unà cum ipſa parte, uelut læſa iudicetur. Exacte autem hic ſermo traditus eſt in primo libro, capitibus q̃bus de corpore corporisq; partibus ago. Si uero ĩ pectus aut cor uulnus fuerit inflictũ, iuuenibus quidem tum uiris, tum fœminis, amorem ſignificat. ſenioribus uero mœrorem. In dextram autem manum inflictũ, in ipſam uolam, debitum ſignificat, & mœrorem ob chirographũ. Cicatrix porrò omnibus curarũ finem ac concluſionem præſagit.

De debito, & creditore, & locatore domus. Cap. XLI

d Ebitum eandem cum uita rationem habet, debemus igitur & uitam naturæ uniuerſorũ, uelut mu

tuum ei qui id in manũ dedit. Quin & creditor eandem cum debito rationem habet. Quare ægrotantibus inſtans & expoſtulans, periculum ſignificat. accipiens uero etiam mortem. Creditor moriens, à triſtitia & cura liberat. Inſuper uero & creditor & filia, eandem rationem habent, quando quidẽ & filia cum neceſſitate expoſtulat, & ubi cum multis curis fuerit educata, diſcedit dote accepta uelut creditor. Creditor famulo dominũ ſignificat penſionem expoſtulantem. Eadem quę creditor ſignificat etiam domus elocator.

De inſania & ebrietate. Cap. XLII

Furere bonum eſt his qui ad agendum aliquid animũ conuertunt, improhibiti enim ſunt furioſi ad quodcunq; agendum concitentur. Maxime autem bonum fuerit tribunis plebis, et populi imperium affectantibus, & qui ſeipſos in turbas demittunt, maiorem enim laudem ac dignationem aſſequentur. Bonum eſt & his qui pueros erudire uolunt, quoniã & furioſos pueri ſequũtur. Sed & pauperes opulẽtiores fore inſania indicat, Ab oĩbus enim furioſi accipiunt. & ægro

tanti

tanti ſanitatē prædicit, moueri enim & de ambulare inſania pmittit, & nō decumbe re neq; qeſcere, quemadmodū in morbo, quod ſanitatis ſignū eſt. Ebriū eſſe nemi ni bonū eſt, neq; uiro, neq; mulieri, multā enim deſipientiā & rerum neceſſariarū im pedimentū ſignificat. hoſtū enim etiā ebrie tas eſt cauſſa. Bonū eſt inebriari timentib. Non enim cōuertuntur neq; timent ebrij.

De timore. Cap. XLIII

Imere nemini bonū eſt, quoniā timi
t dus ad nihil reſiſtere poteſt, uerum
prodens & animā & corpus, inſup aptiorē ſeipſum exhibet, ut citius ea patia tur quæ uel maxime timet ac formidat.

De epiſtola. Cap. XLIIII

I quis epiſtolā uideat, & quę ſunt in
ſ ipſa ſcripta, euentus erit in id quod
ſcriptū ipſum dixerit. Si uero nō ui derit quæ ſunt in ipſa ſcripta, omnino bo- na erit. Propriū eſt enim omni epiſtolæ, ut ſalue ſiue gaude, & uale dicat.

De hernia. Cap. XLV

Ernia damni ſignificationem ha-
h bet, partim quidem quod æqua-
lem numerū, uox κήλη quæ her- niam

niam ſignificat, & uox ζημία quæ damnũ, repręſentẽt. partim uero quod omnia quæ corpori innaſcuntur, neq; robur, neq; pulchritudinẽ addentia, ſed etiam præſentem decorem corporibus detrahẽtia, damni et curarum ſunt ſignificatiua. Quandoquidem uero uitium eſt hernia, atq; hoc circa pudenda, nihilo minus & in his triſtitiam & anxietatem ſignificat quę per pudenda ſignificantur. de quibus exactius primo libro in corporis tractatione dixi.

De plantis in corpore naſcentibus. Cap. XLVI

Qvamcunq; plantam ex corpore quis produxiſſe ſibi uideatur, iuxta quorundam opinionem morietur: ex terra enim naſcunť plantæ, & in terram reſoluuntur corpora mortuorũ. Verum ut ſentio, iudicationes facere oportet non ſolum ab ipſis plantis iſthinc enaſcentibus, ſed etiam à partibus ex quibus plantæ producuntur. Sæpe enim non ipſe q ſomnium uidit mortuus eſt, ſed qui indicatur à particula in qua plãta erat. Eſt autem & aliqua circa ipſas plantas differentia, ut aliquando non mortem inducant, ſed ſectiones

ctiones & chirurgias, id quod euenire po/
teſt ab his quæ frequenter ſecantur, uelut
uite, & ſimilibus. Itaq; ego noui quendam
qui uitem ex capite ſuo produxiſſe ſibi ui/
ſus erat, & hoc ſolũ ipſi euenit, ut uua ipſi
excinderetur.

De ſcabie, & lepra, & elephante cor/ poris uitio. Cap. XLVII

Scabies & lepra & elephas, inſig/
niores & celebres paupes faciũt,
& ſpectabiles propter opulentiã.
Nã & uitia hæc conſpicuos habentes ipſa
faciunt. Occulta autem manifeſtant, pro/
pter eandem rationem. At uero diuitib. &
multum potẽtibus uiris, principatus con/
ciliant. Semper autem bonũ eſt ut quis ſe/
ipſum putet habere ſcabiem, aut lepram,
aut elephãtem, aut tale quoddam uitium,
uelut eſt uitiligo, alphos græcis dicta, et im
petigo. Si quis enim alium habentem ui/
deat, mœrorem aut curam ſignificat. Om
nia em̃ turpia odioſaq; & ingrati aſpectus
uiſa, animas uidentium cõtrahunt & mœ/
ſtas reddunt. Verum abſurdius adhuc fue
rit, ſi ex domeſticis quẽdam uiderit tali ui/
tio occupatum. Si enim famulus ſomnian
tis fue/

tis fuerit, inutilis ad miniſterium ipſi erit. Si uero filius, nō ex ſententia patris uitam inſtituet. Si autē uxor, penitus ex his quæ per illam fiunt pudefiet. Cæterum his qui ex turba uictum ſibi quærunt conducit, & de alijs ſanè iuxta proportionem iudicare oportet.

Lapidibus iacere aut ici. Ca. XLVIII

LApides iacere in aliquem, malis uerbis aliquem impetere ſignificat. Verū lapidibus ab aliquo peti, male auditurum eſſe prędicit. Similes enim ſunt lapides ſermonibus indecoris & litigioſis. Sæpe uero & peregrinationem præſagit lapidibus impeti. Oportet enim ut ueriſimile eſt, eum qui impetitur fugere. Quando autem multi fuerint qui lapides iaciūt, boni obſeruati ſunt ſolis his qui ex turba uictum quærunt.

De cicadis. Cap. XLIX

CIcadæ uiros muſicos indicāt, propter hiſtoriā quæ de ipſis fertur. In neceſſitatibus autem, nihil iuuantes, aut ſolum de negocijs dicentes & cōmemorantes. In timoribus uero, minantes, & nihil facere potētes. Nihil enim ſunt cicadæ

cicadæ,uerum uoce tantum præſtant. Aegrotantes porrò ſiti grauari dicunt, & omnino morituros eſſe. Cibo enim non fruuntur.

De ſcilla & aſphodelo. Cap. L

Scilla agricolis ſterilitatis ſignum eſt, propterea quod nihil eſui aptum habeat. Paſtoribus autem bona eſt, quod ex natura ſua uim habeat perdendi lupos. Bona fuerit etiam om̃ibus in curis et mœrore conſtitutis. purgatoriam enim uim habere creditur. Feliciter agentibus, terrorum inductrix itemq́; curarũ obſeruata eſt: neque enim purgatione & purificatione opus eſt his qui non in calamitate aliqua conſtituti ſunt. Aſphodelus autem ſiue haſtula regia, eũdem quem ſcilla euentũ, & ſimiliter habet. ſolos uero ægrotos occidit, quemadmodum ſæpe obſeruaui. Cauſam autem manifeſtã non eſt quod dicere queam, ueriſimilitudinem uero habet, ſi propterea id contingere quis dicat, quod apud inferos campus plenus aſphodelis eſſe creditur.

Eadem

Eadem cum alio pati. Cap. LI

p Ati ſibi uideri eadē cum alio quocunqꝫ tādem noto, uelut eundem pedem, aut eandem manum, aut aliam quandam corporis partem, eandem pati, & omnino coægrotare, aut condolere, peccatorū illius ſocium fore ſignificat. Nam corporis morbi & partium mutilationes ac læſiones, ſimiles ſunt aīæ intemperantijs & irrationabilibus concupiſcentijs. Qui igitur eadē patitur, meritò ſimul delinquit. Noui autem quēdam mutilum dextro pede, qui ſibi uiſus eſt famulum ipſius eundem pedem claudum habere, & ſimiliter claudicare, & ſanè deprehendit ipſum in amica, ex qua ipſe pendebat. atque hoc erat quod ſomniū ipſi prædixerat, famulum uidelicet ſimul cum ipſo peccaturum eſſe.

De ſterquilinio. Cap. LII

ſt Erquiliniū uidere, bonū eſt ex turba quæſtum facientibus, & ſordida opificia exercentibus. ex multis enim ſuperfluitatibus ſterquilinia fiūt, & à multis reijciuntur. Bonum eſt & his q publica negotia perficienda ſuſcipiunt &

conducunt

conducunt. Bonum eſt etiam uiro paupe- ri in ſterquilinio dormire, multas enim pe cunias acquiret ac coaceruabit. Diuiti aũt principatum procurat hoc ſomnium, aut publicum aliquem honorem. quoniã om- nes populares aliquid ad ſterquiliniũ affe runt & adijciũt, quemadmodũ etiam prin cipibus cõferunt & dant. Perfundi ſterqui linio à quodam familiari, non eſt bonũ. ini micitiam enim & diſſenſionẽ, & iniuriam ex affundẽte ſignificat. Si uero aliqs igno- tus ſterquiliniũ inijciat, damnũ ingẽs præ dicit.

De oratione. Cap. LIII

ORatio & petitores, & omnes ho- mines mẽdici, miſerabilesq; & in opes, triſtitiã & curam, & tabem animæ, & uiro & mulieri prædicunt. Par- tim quod nullus ad orandũ abit, qui nõ ue hementer curis angatur. partim quod peti tores & mendici ualde turpes exiſtentes, & inopes, nihil ſani habentes, omni propo ſito obſtant & impedimẽto ſunt. Eſt enim hoc uniuerſale, & in omnibus infallibile, quod ignoti hoĩes imagines ſunt rerum ac negociorum ſomniantibus euenturorum. Mẽdici uero ſimiliter etiam ipſi apparen-

tias & actiones ſuas uidentibus ſignificãt. Si uero numiſma aliquod acceperint, detrimentũ ingens & periculoſum prędicũt. Sępe uero & mortẽ ipſi qui ſomniũ uidit, aut cuidã eius familiari. Similes enim ſunt morti, quoniã hi hominũ, quemadmodũ mors, nihil eorũ quæ acceperunt reddunt. Mendici porrò in domũ ingrediẽtes contentionẽ quandã domus ſignificant, & ſi q̃d acceperint, aut ipſi ui utentes, aut exhibẽte aliquo ultro, ſupexcellẽs detrimentũ quoddã ſignificãt. Quã ſignificationẽ etiã exhibent, ubi in regionem alicuius fuerint ingreſſi.

De claue. Cap. LIIII

C Lauis per ſomniũ cõſpecta, ei qui uxorẽ ducere propoſuit, fidelem & cuſtodẽ domus, uxorẽ fore ſignificat, & ei qui familiam emere uult, beneuolam ancillam fore prędicit. Peregrinari aũt prohibet, excluſionis & detentionis ſignificatiua exiſtens, quoniam nõ ad apertas, ſed ad concluſas fores clauis facta eſt. alias neq; opus erat claue, neq; forib9. Nũc aũt quum nõ adſit cuſtos, tunc ſanè clauis uſus eſt, foribus cõcluſis. Meritò igitur obſtaculo eſt pegrinari uolentibus. Qui uero

curare

curare & diſpenſare res alienas uolunt, his fidei & autoritatis ſignificatiua eſt.

De coco. Cap. LV

C Ocus qui ĩ domo uidetur, bonus eſt his qui uxorem ducere propoſuerunt, opus eſt em̃ in nuptijs coco. et pauperibus, qui enim prolixa conuiuia habent, illi coco utuntur. Aegrotantibus autem exacerbationes ſignificat & inflammationes, propter aſſationem, & uariam intemperiem, à quibus humores fiũt acres, uelut tradunt hi qui circa artem quę de illis tractat celebres exiſtunt. Ad finem etiam lachrymas, propter fumũ qui à coco excitat̃. Occulta quoq; reuelat, & quæ clàm facta ſunt in mediũ producit. quoniã & opera coci in mediũ prolata conuiuãtibus apponuntur, & qualia ſunt apparent.

De ludo calculorum ſiue latrunculorum. Cap. LVI

C Alculis ſiue latrũculis ludere ſibi uideri eum qui nõ ſcit, multã utilitatem ſignificat ex deceptione & mendacio, ꝓpterea quod multos calculos furetur, eosq; aliàs aliter oſtendat, nõ iuxta aliquem ſimplicem modum,

ſed malitioſe. Si uero quis alium calculis ludentem uideat, eum deceptũ ac defraudatum detrimẽtum ac damnum paſſurum eſſe ſignificat.

De lanio ſiue macellario. Cap. LVII

Qui in foro uerſantur coci, carnes cõſcindentes & uendẽtes, periculorũ & damni ſignificatiui ſunt, & ægrotantes cito occidunt, quoniã mortua corpora cõtingũt, atq; hæc nõ integra, neq; ſana uelut ſunt relinquũt, ſed conſcindunt. Diuitibus aũt etiam damni ſupra pericula ſignificatiui ſunt. & ut plurimum in rempub. propterea ꝙ eiuſmodi cocus carnes populo diſtribuat. Sed & timentib. ſolidiorem timorẽ inducit. Debita aũt et uincula ſoluit, propterea ꝙ diſſecet et auferat.

De ſtabulario ſiue hoſpite publico. Cap. LVIII

Stabularius ægrotãtibus mortem ſignificat, ſimilis eſt em̃ morti, propterea quod omnes recipit. Reliquis om̃ibus tribulationes & anguſtias & ꝑicula & ꝑegrinationes prædicit. Eſtq; ratio manifeſta, ꝗd enim opus eſt adeò manifeſta interpretari. Eadem aũt quæ ſtabu-

larius

larius, ſignificat etiam ipſum ſtabulum.

De publicano. Cap. LIX

P Vblican9 bonus eſt neceſſitatem quamcunq; tandem dirimere uolenti, à fine enim unde græcis τελώνης appellatur, complementũ & finem omnis neceſſitatis prædicit. Bonus eſt & his qui aliquò moueri ac prodire propoſuerunt, ſemper enim ad exitus ſtat, & parua detentione denunciata, de cętero moueri permittit, omniq; profectiõe uti. Aegrotantibus autẽ mortem præſagit, τελευτὴν enim græci mortem, uoce eiuſdem cum ea quę publicanũ indicat originis, appellant. Ad nuptias uero & ſocietates, beneuolos quidem fore ait ſocios & uxores, uerũ ſeditioſos & pugnaces, propter eam quę frequenter fieri ſolet de uectigalibus contentionem. Cæterũ beneuolentiã & fidelitatẽ ex cuſtodiæ diligentia coniectare oportet.

De leucea, & lino & cannabe. Cap. LX

L Eucea timentibus quidẽ mala eſt, ſolidiorẽ enim & grauiorẽ timorem inducit, & ſeruis tormẽta & tribulationes prædicit, & pauperib. libertatem, exceptis his qui ex ipſa, aut p ipſam

quæſtum habent. Nam & tunditur, & torquetur, & cõtexitur. His uero qui in delicijs uiuunt tribulationes et anguſtias ſignificat, & apud exteros degẽtes reducit, maxime ubi trans mare fuerint. Nam & ipſa per mare apportatur. Linum ad nuptias & ſocietates bonũ eſt, propter texturã. & ad ea quæ ſperãtur propter retia, & plagas ſiue nubeculas, & ſimilia, quibus hoĩes ea quæ procul & longe abſunt uenãtur. Verum ad reliqua, eadem quæ leucea ſignificat, ſed uiribus minora. Cãnabis ſuperextendit ea quæ per leuceam ſignificãtur, itemq; per linum, & immenſa quædã tormenta ſignificat, & uincula robuſta. ſoluta tamen omnibus liberat. Sola eĩ ipſa poſt multum uſum detrita reſoluitur. Cęterum noſſe expedierit, quod ſingula hæc mercaturam exercentibus ipſorum, tum emendo, tum uendẽdo, item his qui ex ipſis, aut per ipſa operantur, nihil horrendũ aut abſurdum prædicunt.

Seruari ſiue teneri. Cap. LXI

Eruari ab aliquo detentum, impedimenta rerum neceſſariarum, & detentiones, & remoras in præfinitis

nitis temporibus, & intentionē ac prolon gationem in morbis prædicit. Qui uero in extremis laborant, his ſalutem denunciat. Cuſtodiam enim & cōſeruationem & per manentiam rerum, uitam uocamus. Contrarium uero huius, ſolutionē & perditionem, hoc eſt mortem. At uero in carcerem & uincula ingredi uolentē, aut per uim ab aliquibus induci, morbū fortem, aut mœrorem ingentē prædicit. Lictores autē & carnifices, detētionis et mœroris ſignifica tionē habent. Malefactorib. aūt et occulta manifeſtant. Deprehenſos em̄, & eos quorum crimina manifeſta facta ſunt, accedūt.

De excubijs. Cap. LXII

Xcubiæ & feſtiuitates nocturnę, & læticiæ cū puigilio, ad nuptias & ſodalitates bonæ ſunt, & pauperibus opulentiæ ac acqſitionis ſignifica tiuæ. quemadmodū & mœrentibus & timētibus, timorē & triſtitiā eximere obſeruatæ ſunt. Neq; enim totā noctem puigila rint, qui non in multa læticia cōſtituti ſint. Adulteros aūt & adulteras manifeſtos q dem faciūt, nequaq̄ uero puniunt. quoniā quæ in peruigilijs aguntur, nota quidem

ſunt ſimul conuerſantibus, etiamſi ſint impunita, & quodã modo conceſſa, propter ebrietatem. His uero qui opulenti ſunt, & quorum uita ſplendida eſt, turbationes & diuulgationes inducunt, quarum tamen finis triſtitia carebit.

De foro. Cap. LXIII

Forum turbationis & tumultus ſignificatiuũ eſt, propter turbã quę in ipſo congregari ſolet. Verũ hominibus in foro uiuentibus bonũ eſt, ſi & turba plenum, & tumultu refertũ conſpiciatur. Deſertum uero & tumultu deſtitutum, his quidẽ ocium & rerum ſucceſſum impeditũ, alijs uero multam ſecuritatem prædicit. Forum conſitum penitus utique imperuium exiſtit, quicquid tãdem fuerit in ipſo conſitum. Verum aliqui tradunt eiuſmodi forum in fertilitate quidẽ famem ciuitati, in fame uero fertilitatem portendere. Theatra porrò & ſuburbia, & plateæ, & delubra, & deambulacra, & omnia cõmunia, eãdem cum foro rationem habent.

De ſtatuis Cap. LXIIII

f Tatuæ æreæ ualde magnæ ſi moueantur, opulentiæ & redditus, et poſſeſſionis ac acquiſitionis æris ſignificatiuæ ſunt, propter æris motũ. Verum quæ magnitudinis ſunt ſuperexcellentis, hæ ipſæ quomodocunq; moueãtur, terrores & pericula nõ uulgaria inducunt, horrendus eſt enim & animũ percellens horũ motus uidentibus. At uero lapideæ & ex alia materia, iuxta eundem modum uelut deorum ſtatuæ iudicentur. Inſuper & primates ciuitatis per ſtatuas ſignificãtur. Quicquid igitur faciunt aut patiuntur, eadem urbis principes facturos aut paſſuros eſſe ſignificant.

De Talpa Cap. LXV

t Alpa hominem ſignificat cœcum, ab accidẽte, & irritum laborẽ, propter uanum animalis conatum. Significat & eum qui occultus eſſe uult à ſeipſo proditum eſſe. Nam talpa ex proprijs operibus manifeſtata deprehenditur.

De auibus nocturnis Cap. LXVI

n Octua, aluco, bubo, ulula, aſio, nyctícorax, inſuperq; ueſpertilio, & ſi quæ eſt alía auícula nocturna, ad actiones quidem omnes ſunt inefficaces, uerum ad timores, pauores eximunt, quoniam neq; uenantur, neq; carniuoræ ſunt nocturnæ aues. Sola ueſpertilio mulieribus prægnãtibus bona eſt. Non enim oua parit quemadmodũ aliæ aues, ſed animal gignit, & lac in uberib. habet, & proprios filios educat. Quãcũq; aũt harũ auiũ quis uiderit nauigãs, aut pedes iter faciẽs in magnã tẽpeſtatẽ, aut prædones incidet. Si uero in domũ aliquã inhabitandã immigrẽt, omnem domũ deſertam fore præſagiunt.

De horologio Cap. LXVII

h Orologium, actiones, & impetus, & motus, & inſidias rerum neceſſariarũ ſignificat. Omnia enim ad horas reſpiciendo homines faciunt. Quare ſi collabatur aut frangatur, malum ſanè fuerit & pernicioſum, maxime ęgrotantibus. Semper autem melius, horas ante ſextam horam præcedentes, hoc eſt antemeridionales, numerare eſt, quàm eas quæ poſt ſextam

ſextam ſequuntur. Quæ quidem igitur in complemẽtum eorum quæ deſunt, & quæ prioribus libris adſcribere non conueniebat, in proprium locum & alienam regionem collocanda eſſe duxi, neq; enim intacta relinquere par erat, ut ne quem acceſſum, uelut dixi, & quaſi ſcalam ad ſcribendum alicui relinquam, abunde mihi relata eſſe uidentur. Verum noſſe operæpreciũ eſt, quod nihil ita graue & difficile eſt, uelut temperaturam & mixturam eorum quæ in ſomnis uidentur intelligere, & unũ ex omnibus pronunciatum ac ſententiam facere, quandoquidem ſæpe contraria inter ſe, & nihil ſimile habẽtia uidere datur. Impoſſibile eſt aũt ea quę ſignificantur inter ſe pugnantia eſſe, ſi quidem omnia futura præſagiunt ſomnia. Sed quẽadmodũ aliarũ rerum ordo eſt & conſequentia, ſic & in ſomniјs ueriſimile eſt ordinẽ aliquẽ cõſequi & eſſe. Quãdo igitur aliqs uiderit ſimul bona & mala, in animo cõcipere oportet, utra prius, boná ne an mala uidit. Etenim in rebus humanis aliquando bonæ ſpes apparentes, malum euentum habuerunt, aliquando expectati timores, bonorum

bonorum cauſa fuerũt, Interdum uero & pro magnis malis cõducibile eſt parua pati, & rurſus apparuit quandoq; parua aliqua expectatio bonorũ aut malorum falſa exiſtens & uana. Eodem igitur modo & ſomnia mixta, meritò ſunt uaria, & à pleriſque ægre ac difficulter exponi poſſunt. Ego uero quo ſingula quæ ſignificantur quiſq; facile aſſequi poſſet, ordinate & ornate ſingula, & quantum poſſibile fuit, plano docendi modo conſcripſi. Quemadmodum autem grammatici ubi elementorum uires pueros docuerint, inde etiã quo modo omnibus ſimul uti oporteat admonent: Sic & ego parua quædam & quæ facile eſt aſſequi documenta, ad ea quæ relata ſunt accumulabo, quo procliue ſit omnibus hos libros intelligere & diſcere. Nam qui experientia & multo uſu exercitati ſunt, his expoſitus eſt & intellectu facilis ſermo, & qui per ſe ſufficiat ſingula abunde docere quemadmodum habent. In primo quidem libro caput diximus eſſe patrem eius qui ſomnium uidit. In ſecundo uero leonem diximus eſſe regem aut morbum, & in capite de morte, pauperibus

mori bonum & conducibile eſſe demon/ ſtraui. Quando igitur pauper uir patrem habens diuitem, per ſomnium ſibi uidetur caput per leonem auulſum eſſe et mori, ue riſimile eſt patrē ipſius moriturū, ipſumq́ hæredem relicturum eſſe, atq; hoc modo & mœrorem deponet, & opulentus eua/ det, quum neq; oneroſum amplius habeat patrem, neque à paupertate prematur. Eſt enim caput pater, ablatio ſiue auulſio, pri/ uatio patris. Leo, morbus, quo pater ægro tans moriturus eſt. Mors uero permutatio uitæ, & quod ob diuitiarum acceſſionem non amplius inops futurus eſt. Hoc ſa nè modo etiam in omnibus uarijs ſomnijs iudicationes facere oportet, ita ut ex ſingu lis capitibus collectis & coactis, unū cor/ pus faciamus. Sententiam porrò ferre & pronunciare oportet imitatione ſacrificu/ lorum uictimariorum, qui ſingula ſigna ri mantur, & ſciunt ad quid ſingula conue/ niant, & tamen pronunciata ac ſententias nihil magis ex uno quoq; quàm ex omni/ bus faciunt ac proferūt. Cæterum opto ut mihi contingant lectores, qui cum mul/ ta beneuolentia hos libros legere concu/ piſcant

piſcant, & non ante quàm exacte didicerint criminentur, alioqui iureiurando affirmare audeam, quod eos qui diligenter legent, non permittent hi libri à ſermonibus ſuis diſcedere & auelli. Et nunc ſanè ea quæ utilia ſunt, quemadmodum conuenire putaui, Caſſi Maxime, omnia ex integro in hos libros relata ſunt. At uero de inſcriptione ne mireris, quapropter Artemidori Daldiani, & non Epheſij inſcriptum legis, quemadmodum multos iam alios libros diuerſis argumẽtis à me conſcriptos habere uidiſti. Etenim Epheſum contigit ipſam per ſeipſam celebrem eſſe, inſuperq; multos præclaros & fidedignos pręcones nanciſci, Daldia autem Lydię oppidulum nõ ualde clarum, propterea quod eiuſmodi uiros non eſt nactum, uſque ad me penitus ignobile permanſit. Quapropter ipſi quod mihi à matre patria exiſtit, hæc in nutriciorum uicem rependo.

Quæ in quarto libro Artemidori Dal- diani de ſomniorum interpre- tatione contineantur.

Diſſertatio docens, quod ſomnia iudi- care oportet, ex natura, aut lege, aut cõſue- tudine, aut arte, aut tẽpore, aut nominib.

Quæ uero ex cõtrarijs iudicantur, nõ ſunt bona Cap. I
De differentia ſomniorum II
De elementis III
De diuinitus immiſſis ſomnijs IIII
De moribus localibus V
De ſupellectile texta VI
De hominum obuentione VII
De priore fortuna VIII
De differentia hominum qui in ſomnis ui- dentur IX
De opificum obuentione X
De pueris, iuuenibus, & ſenibus XI
De plãtis cito aut tarde naſcẽtibus, itemq; animalibus XII
De muris, fundamentis, & arbori- bus XIII
De uehiculis omnis generis XIIII
De adulatione XV

De uen-

De uenditione XVI
De emptione XVII
De acquiſitione XVIII
De paupertate XIX
De his quæ præter ætatem infantibus accidunt XX
De cauſarum ratione XXI
De aratro XXII
De his qui dicũt quod mala ſomnia citius eueniunt, bona uero tardius XXIII
De medicamentorum compoſitionibus XXIIII
De literarum retextu XXV
De his quæ æqualem numerum implent XXVI
De partibus corporis XXVII
De uomitu XXVIII
Sæpe eadem ſomnia uidere XXIX
De uaſis & inſtrumentis XXX
De cognatione XXXI
De rebus nos complectẽtibus XXXII
De rege XXXIII
De coruis XXXIIII
De his quæ dicuntur in ſomnis & eueniunt XXXV
De ſoco XXXVI

De com-

De compoſitis ſomnijs XXXVII
De immobilibus ueſtibus XXXVIII
De comœdo & tragœdo XXXIX
De coloribus XL
De myſterijs XLI
De operando XLII
Faciem cœlare & inungere XLIII
Quod non omnia ſomnia iudicationẽ habeant XLIIII
De ſomnijs ſecundũ hiſtoriam XLV
De eo quod nemo eſt cõtẽnendus XLVI
De medicis XLVII
De proprijs locis XLVIII
De monſtroſis & hiſtorijs XLIX
De ſimilibus & cognatis L
De permutatione in melius LI
De inimicis & amicis LII
De ſemiperfectis operibus LIII
De coronis non iuxta naturã ſitis LIIII
De mari LV
De his quæ ex corpore naſcuntur LVI
De his quæ iuxta copiã aut magnitudinẽ diuerſimode eueniunt LVII
De moribus animalium LVIII
De arboribus & plantis LIX
De uaſis & inſtrumentis LX

z De mori-

De moribus humanis LXI
De ciuitatibus LXII
Quæ in ſomnijs uiſa eueniant LXIII
De uaſis lactis LXIIII
Non eſſe magna ænigmata ſomnijs ammiſcenda LXV
De beneficijs aut factis poſſibilib. LXVI
An poſſibile ſit eodem tempore bona & mala ſomnia uidere LXVII
De ponte LXVIII
De exercitatiōe excogitādi ſimilia LXIX
De his quæ ſimiliter mouentur LXX
Quod dei eandē cum dominis rationem habent LXXI
Quod frēs pro hoſtib. iudicātur LXXII
Quod uera ſint quæ dei dicūt LXXIII
De dijs improprium habitum habentibus LXXIIII
De dijs inter ſe inimicis LXXV
De dijs & artibus LXXVI
De dijs maribus & fœminis LXXVII
De dijs nudis LXXVIII
De dijs ſenſilibus & ſenioribus LXXIX
De heroibus LXXX
De draconibus transformatis LXXXI
De originationibus nominū LXXXII
De mor-

De mortuorum cœnis, epulisq́ funebri-
bus LXXXIII
De reuiuiſcendo LXXXIIII
De malis & bonis in corpore LXXXV
Quãto tẽpore ſomnia eueniũt LXXXVI

ARTEMIDORI DALDIANI DE ſomniorum interpretatione liber quartus, Iano Cornario Medico phy-ſico interprete.

Præfatio, ſiue diſſertatio. Cap. I

Artemidorus Artemidoro filio gaudium

Quandoquidẽ numinis impulſu, & optimi uiri Caſſij Maximi ſtudio, ad libros de ſomniorũ interpretatione conſcribendos excitatus ſum, et progreſſus, quo et amico gratificarer, & ſapientiã meã non ſilentio & pigriciȩ deditam, fruſtra inſumerem, & ſane hos libros quantum uires meæ tulerunt, & pro ſcientiæ meæ facultate, neq; magnitudine artis inferiores, neque ad ſufficientiam inopes & mancos, ſi quis modo non penitus rudis exiſtat, feci, ſingulis ſomnijs

quæ uideri poſſunt & quæ in uſu ſunt col-
lectis, uſus ad hoc ordine quodam & con-
ſequentia ſimili uitæ humanæ, à natiuitate
uſq; mortem ſingulis quę fiunt digeſtis, ita
ut ad quod referri, & in quod euenire unũ
quodq; ſomnium poſſit oſtenderim, atq;
hoc non nuda coniectura & ueriſimilitu-
dine, ſed experientia & euentuum teſtimo
nijs confiſus. Quin & ea quæ ueteres ſpar
ſim, & uelut ſeminibus tantum iactis, &
non elaborata conſcripſerunt, in ſubtilem
& ueram diſtinctionem digeſſi, & quæ nõ
uos euentus habent, aut quæ etiam per ſe
noua ſuccurrunt, ſimul comprehendi, &
uidebatur mihi hæc ipſa tractatio ſufficien
ter eſſe abſoluta, duobus nimirum libris
circumſcripta & comprehenſa. Poſtea ta-
men inuenta ſunt quædam quæ hoc opus
effugerunt, parua quidem & non multa
opera digna, ſed quæ tamen ab his inqui-
runtur qui ſingula ad unguem exigunt, &
nihil inexploratum relinquere conantur.
Quare plurimis & memorabilibus, quan-
tum poſſibile erat, coaceruatis, non ex u-
nius argumenti ſermone (neq; enim poſ-
ſibile erat ea quæ ſic inuicem ſeparata ſunt
in

in unum cogere, & quaſi unum corpus fa/cere) ſed uelut in incurſione ſermonũ ter/tium librum feci, amatorem ueritatis aut inuitatorium ſiue mercurialem inſcriptũ. Erat porrò qs inter homines Momus deorum ac dæmonum exagitator, nemini bo/nus ac æquus, cui pro potentia reſiſtere o/portet, ita ut non ignoremus quod pluri/bus armis præſtantiora opera inuadit. Et/enim nunc tandem ſentio eſſe aliquos cri/minantes hos libros, tanquam hæc quæ in ipſis ſcripta ſunt à ueritate quidem nulla parte deficiant, Verum nõ penitus elabo/rata ſint, neq; cauſis abunde munita, Quin & relicta quædam eſſe argumento tractan do neceſſaria in crimen uertunt. Quapro/pter & meijpſius & tui gratia, re ipſa mul/ta agitatione mecum perpenſa, ad hunc li/brum conſcribendum progreſſus ſum, ut habeas unde poſſis felici coniectura ſom/nia iudicare, ſi hoc ipſum ſaltem à te expe/tatur, & his qui ineptis quæſtionibus libẽ/ter moleſti ſunt hominibus, expedite re/ſpondere. Memineris autẽ tibi inſcriptum ac præfatione dicatum hunc librum eſſe, quo ſcilicet ipſe eo utaris, & exemplar nõ

multis communices. Quæ enim hic conſcribentur, ſi apud te manſerint, omnibus ſuperiorem, aut certe nulli inferiorē te faciēt ſomniorum interpretem. Si uero aliis communicaueris, nihil quicquā te magis aliis ſcientem iudicabunt. Satis enim noſti quod pleriq; omnes ratiōibus noſtris ſunt inferiores, & ferè omnes qbus ſtudio fuit, ut pro uiribus ſuis uaticinationem collapſam emendarent ac reſtituerent. Regulariter itaq; & definite de ſingulis quæſtionibus, iuxta propoſitum ſuperiorū librorum rurſus ex integro adſcribam. Ad eos igitur qui non omnia cauſis abunde munita eſſe dicunt, recte dices illud ex præfatione primi libri repetitum, Nimirum manifeſtas demonſtrationes & quæ ab omnibus facile comprehēdi queant, me ex ſimplicibus adeò feciſſe, niſi ſanè quid aliàs ita euidens ſit, ut ſuperfluum exiſtimauerim eius apponere interpretationem. Ad eos uero qui non omnia elaborata eſſe dicūt, & eos qui aliqua relicta eſſe criminantur, dices, Quod aliqua quibuſdā ſimilia exiſtentia, uelut facile cognobilia relicta ſunt, aut non elaborata, uelut faſcia diademati

mati, & lepus ceruo, & camelus elephanto, & crocus ungentis, & quæcunque alia ſunt odorata, & quod porcus & aues non eandem habent carnium ſuarũ rationem. Cæterũ his qui de ſomnij & inſomnij differentia percunctãtur, ſerio iam ante prædixi, quod aliud à ſomnio diuerſum inſomnium exiſtat, & alicubi non idem, ſed etiam contrarium recte dixeris. Quando etenim artificioſe quis loquitur, ſingula proprie appellare oportet, et id quod nihil ſignificat, nihilq; prædicit, ſed in ſolo ſomno uim habet, & ab irrationali concupiſcentia, aut ab excellenti timore, aut repletione, aut alimenti inopia productum eſt, Inſomnium uocare oportet. Quod uero poſt ſomnum euenturũ eſt, manifeſte exiſtens bonum aut malum, ſomnium propter cauſas quas etiam iſthic prędixi. Quũ uero communiter quis loquitur, nominibus abuti licet, uelut etiam poeta fecit, ubi inquit:

> κλῦτε φίλοι θεῖός μοι ἐνύπνιον ἦλθεν ὄνειρος, id eſt,
> Scite uiri diuus dedit hæc inſomnia ſomnus.

Habet enim hunc morem ut æqui pollentibus nominibus & uerbis utat̃, & omnibus adeò orationis partibus, uelut etiam, ἀμφὶ περὶ κρήνην inquiens, id eſt,

Circum circa fontem. Et alibi:

εἰσ' ὀδυσσεὺς ἔλθοι τε καὶ ἵκοιτο, id eſt,

Aſt ubi uenerit, & præſens ſtatuetur Vliſſes, & alia quædam multa, ſic etiã ait:

Diuus dedit hæc inſomnia ſomnus.

Porrò meminiſſe oportet, quod hi qui res aliquas ex inſtituto aggrediuntur & exordiuntur, bona & propoſito accõmoda inſomnia non habent, neq; alias quaſdã irrationales imaginatiões, ſed omnia ſomnia, & ut plurimũ ſpeculatiua. Neq; enim turbatur ipſorum anima, neq; ſpe, neq; timore, et ſanè etiam corporis uoluptatibus imperant & ſuperiores exiſtunt. Et ut in ſumma dicam, in uiro graui & ſerio inſomniũ nõ apparet, neq; alia aliqua irratiõalis imaginatio. Quo uero nunquam decipiaris, inſomnia tum uulgo, tum his qui ipſa diiudicare poſſunt, apparẽt. Et uulgus quidem qualia uult, aut qualia timet, talia etiã in ſomno uidet. Verũ ſapiẽtes & ea iudicare potẽtes, qualia uolũt, taliũ ſignificatiua

cernunt

cernũt. Si uero qs inexpertus talia uiderit, credere oportet nõ ut inſomnijs, ſed uelut ſomnijs. Velut exẽpli cauſa. Qui talia diju dicare poteſt, aut propterea quod libros de ſomniorum interpretatione contigit & legit, aut quod cum ſomniorum interpreti bus conuerſatus eſt, aut quod felici ad iudi candum coniectura utitur, ſi quidem con/ tigerit ipſum amare mulierem aliquã, non ipſam quam amat uidebit, ſed equum, aut ſpeculũ, aut nauem, aut mare, aut animal fœmininum, aut ueſtem muliebrem, aut aliud quiddam ex his quæ mulierem ſigni ficant. Si uero animo peregrinationi dedi/ to fuerit, nõ uehicula uidebit, neq; naues, ſed ſtrata colligata, aut ſupellectilem con/ uolutam, aut peregrinationis apparatum, aut etiã ſibi uolare uidebitur, aut terræmo/ tum, aut bellum, aut fulmen uidebit. Et ſi quidẽ timuerit quis ipſorum aliquem, aut fugerit, nõ illum ipſum uidebit, ſed feram aliquam effugere ſe putabit, & uincula di/ rumpere, & prædones occidere, & dijs ſa/ crificare, & facere quæcunq; alij homines faciunt, quo timore & turbatione ſe exi/ mant. Quemadmodum pictor in Corin/

tho qui domini ædes perfringere ſolebat, multoties ſibi uidebatur, partim quidē tectum propriæ domus in qua degebat periſſe, partim uero etiam ſuū caput abſciſſum eſſe. Et nihilominus aderat ipſi dominus, & adhuc nunc ſupereſt. Verum quoniam iudicandi de huiuſmodi artem nouerat, anima ipſi artificioſius colluſit. Hæc enim ipſa ſi alius uidiſſet, dn̄i mortem ipſi præſagiuiſſent. Quo uero minime dubius circa hęc hęreas, ſcias quod multi quidem & ferè plurimi, ut ne dicā omnes, ſunt qui communia inſomnia uident. Omnino autem pauci, & ſoli ſomniorum interpretationem docti homines, qui alia, de quibus præſcriptus ſermo mihi habitus eſt.

De differentia ſomniorum.

Cap. II

ſOmniorum omniū alia ſpeculatiua, alia allegorica, id eſt aliorū ſignificatiua dicimus. Et ſpeculatiua quidem quæ ſic eueniūt quemadmodum uidentur. Allegorica uero quæ ea quæ ſignificantur per ęnigmata oſtendunt. Quandoquidē uero & in his error quidā accidit dubitātibus, utrū uiſa ipſa expectare opor

teat

teat,aut aliud qd ex his euenturũ,non facile fuerit & hic ubi dijudicare poſſe. Primũ igitur quæcũq; ſpeculatiua ſunt,eueſtigio & ualde ſtatim eueniunt. Quæ uero allegorica,omnino tempore aut multo aut modico intercedente,aut ad ſummũ die una. Poſtea aũt ſtolidum utiq; fuerit,monſtroſa & quæ impoſſibile eſt uigilanti cõtingere,ea ipſa ſic ut ſpeculatiua accipere ac expectare. Velut ſi quis ſibi uideat deus factus eſſe,aut uolare,aut cornua habere,aut ad inferos deſcẽdiſſe,aut à cane morſus eſſe,aut depoſitũ accipere, aut amicum uidere aut ſolem, aut fugitiuum reperire, aut apud ſe cœnã parare, aut bibere, aut aliquo intentionem dirigere, aut quid perdere. Hæc enim & quęcunq; his ſimilia, alicubi quidẽ ſic eueniunt uelut uidẽtur,alicubi uero allegorice & ſignificatiue. Siquidem igitur ſtatim eueniunt, ſuperfluum eſt ipſa iudicare. Si uero nõ, ſingulis conuenientem iudicationem ex prioribus libris adaptare oportet. Quæ tamen rara ſunt, & ſemel alicubi fiunt,ea uelut monſtroſa & pręter ordinem & naturã harum rationũ exiſtẽtia, ſuſcipiẽda quidẽ ſunt,ut quæ fieri poſſint,

uſur-

uſurpanda uero non ut penitus & omnino uniuerſalia. Etenim Druſon Laodicenſis qui ſibi uidebatur amici domum emiſſe, poſt trienniũ tandem emit. Verum hoc quidem ſpeculatiuum ſomnium mihi allatum eſt, ſeri & non repentini euentus. Porrò propriorum & communium, & alienorum, & publicorum, & mundanorum ſomniorum rationem, ualde ſanè exacte traditam in primo libro habes. Attamẽ & in hac ſpeculatiõe illud adijciemus, quod hi qui eaſdem cum aliquibus artes habẽt, & ſi ualde fuerint noti, ipſarũ artium ſunt ſignificatiui. Proinde grãmaticus nihil aliud fuerit, quàm ipſa grãmatica ars, & rhetor rhetorice. Atq; ſic etiam in artibus mechanicis faber ferrarius & lignarius, artem fabrilem ferrariam & lignariam ſignificant. Velut, Philagrius rhetor, Varum rhetorẽ ægrotantem in ſomnis uidit, & diu præter propôſitũ ſuũ cõſiluit. Et in Cyzico faber qui fabrum uicinum ſibi mortuum efferri uidit, exurgens ab officina, diſceſſit, ac urbem deſeruit.

De

De elementis. Cap. III

C Aeterũ aduerſus eos qui inuidio/ſe & non abunde de elementis dictum eſſe putant, hic ſermo cõue- niet, quo habeas quod ipſe reſpõdere poſ/ſis, & non ab his qui plura eſſe dicunt deci piaris. Eorum quæ ſunt, alia natura ſunt, alia ſolennia & recepta exiſtunt. Sunt aũt prima hæc & principalia duo elementa. Quę igitur natura exiſtunt, eodem modo & ſimiliter habere oportet. Eorũ uero quę ſolẽnia ſint & recepta, alia quidem ipſi ho mines inter ſe cõſtituentes ſibijpſis faciũt, & appellatur huiuſmodi cõſuetudo, eſt au tem ut fama fert, lex nõ ſcripta. alia aũt ob timorem tranſgreſſionis conſcribentes, le ges appellant. propterea quod lege ſanci/ta hęc ita habere oportet. In communi qui dem igitur paciſcuntur inter ſe, de myſte/rijs, de feſtiuitatibus, de nundinis, de certa minibus, de militia, de agricultura, de urbi bus inhabitãdis, de nuptijs, de puerorum educatione, & de alijs his ſimilibus. Verũ ex ſua quiſq; ſentẽtia & profeſſione, inter omnes utitur proprio ueſtitu, & calciatu, & uictu, & tõſura, & reliquo circa corpus

ornatu, & ſtudio ac exercitio, & propoſi/to quod omnium maxime probat. Nam
Alia aliïs, legitima ſua ſingulis exiſtunt, Pindarus inquit. At uero ſcriptarum le/gum eadem potentia eſt. Facie̅ti autem iu/xta ſcripturam, laudes & honores, & cele britas magna, multáque ſecuritas adeſt. Tranſgredienti autem ſcriptas leges, dam na, pœnę, & pericula inſtant. Quod igitur lege ſancitũ eſt, indiuiſibile eſt, præterquã temporis reſpectu. Conſuetudo uero ſeg/menta habet, & temporis, & artis, et nomi num. Omnia enim quæ fiunt tum ſecun/dum legem, tum ſine lege, omnino in tem/pore quodã fiunt, aut facta ſunt, aut erunt. Temporis autem ſegmenta ſunt occaſio/nes & horæ. Faciunt autem ſingula homi/nes aut artificioſe, aut inartificioſe. Artifi/cioſe quidem ſcientes & docti. Inartificio ſe uero, qui non collectionem meditatio/num & ſententiarum apprehenſarũ ad ali quem finem utilem, artem eſſe diffiniunt. Opus autem eſt arti inſtrume̅tis & machi nis, & his quæ unicuiq; commoda & pro/pria iudicata ſunt. Quod uero nihil eorũ quæ exiſtunt ſine nomine ſit, ſupfluum eſt

dicere

dicere. Ex nominibus aūt alia gratioſa, alia infamia ſunt. Quare ſi quis aliquid dixerit pręter ipſa ſex elementa, potentia quidem horū alicuius propriū dicet, uoce aūt non propriū, uelut gaudium, triſtitia, et inimicitia et amicitia, & morbus & ſanitas, et collapſio & profectus corporū, & pulchritudo & turpitudo, & augmentum & decrementum, & generatio & finis, & quæcūq; alia his ſimilia, ſecundum naturam omnia ſunt, neq; em̄ alia ſunt à natura, neq; ut elementa, neq; enim eſt nudū nomen natura, ſed eorum quæ penitus & omnino futura & nō futura ſunt circūuolutio, natura appellatur. Sic etiā lex & cōſuetudo, nō ipſa iuxta ſeipſa nomina ſunt ueluti uox βλίτυρι, & σκινδαψός, ſed alicuius lex, & alicuius conſuetudo. Quare ubi quis dixerit nuptias, & adulteriū, & latrociniū, & depoſitum, & iniuriā, & rurſus tonſuram, & ueſtē, & aliquē cibum, ſeipſum latet quod legis aut conſuetudinis nomen dicit, uelut aliud quoddā elementū. Sic etiam quum uas, aut machinam aliquā, aut inſtrumentum, uelut elementum aliquod dicit, aut artem dicit, aut nomē, aut tempus. Artem quidem quum opificium per inſtrumēta

indicat, nomẽ uero quum machinã ipſam aut uas. Tempus autem quum utraque, uelut falcem aut ligonem, meſſem et agriculturam. In definitis enim temporib. & falce & ligone hominibus opus eſt. Cõmunis quidem igitur ſermo eſt quod omnia quæ ſecundum naturam, aut legem, aut cõſuetudinem, aut tempus, aut artem, aut nomina uidentur, bona ſunt, uerum his contraria, mala & incõmoda. Memineris autem quod non omnino uniuerſalis eſt hic ſermo, ſed utplurimũ magis ſic habet. Multa enim etiam iuxta rerum ſubſtantias, naturæ & alicui aliorum elementorum conuenienter uiſa, bona fiunt. uelut uerbi gratia, uiſus eſt ſibi quidam matrem uerberare, eratꝗ factum ipſum præter legem, ſed nihilo minus utile ipſi fuit, quandoquidem figulus erat: matrem autem terrã ipſam uocamus, quam figulus uerberans operatur. proinde multum operatus & lucratus eſt. Meminiſſe autẽ & eius oportet, quod maior cõſuetudo minorẽ ſuperat. Velut Ariſtides legiſperitus conſuetudinem habens in albis ueſtibus prodire, ægrotãs uiſus eſt ſibi albas ueſtes ferre, & nihil profuit ipſi

conſue-

cõſuetudo. Non enim ita diu poſtea mor/tuus eſt. Maior enim erat conſuetudo ur/gens, iuxta quã mortui in albis ueſtib. effe runtur. Quin & artium poteſtates ſimiles ſunt, atq; etiã ſi actione ſint diſſimiles, eun dem euẽtum habent. Velut, Apollonides Chirurgus putauit ſe in theatrum ad con/flictũ uulnerariũ progreſſum eſſe, & mul/tos ſauciare, & ſanè multos per chirurgiã curauit. nam et qui uulnerariũ conflictum exercent, homeriſtæ græcis appellati, uul/nerant quidem & cruentãt, ſed nõ occide/re uolunt. Sic etiam chirurgus. Inſuper ue/ro & modis in libro relatis ut ueris, animũ aduerte, & non delinques neq; aberrabis. Quum autem manifeſte iſthic & bono di/cendi genere ſint declarati, ſuperfluum eſt hic de ipſis rurſus uerba facere. Porrò cu rioſa ſomnia eſſe opinor, de rebus & nego cijs quorum curioſi ſunt homines irratio/nali impetu & cõcupiſcentia utentes, ſi ſo mnia de his uideant, eadem uero etiam pe titoria uocari, propterea quod petãt à dijs uidere aliquid earum rerum quæ præ ma/nibus ſunt. Memineris autem quum ſom/nium à dijs petis, ut neq; thus ſuffumiges,

neq; nomina arcana dicas, & in ſumma, ni
hil curioſius deos interroga. Ridiculũ em̃
ſit, ſi homines graues his qui cum neceſſi-
tate & uiolenter petunt, nihil prębẽt, man
ſuetis autem largiuntur: Deos eos qui uio
lenter expetunt aliquid exaudire. At uero
poſt ſomnium uiſum, & ſacrifica & gra-
tias age. Inſuper & ridiculi ſunt qui dijs le
ges præſcribũt, de his dico qui ſic petũt, ſi
mihi faciendũ hoc eſt, ſi mihi hoc contin-
get, & ſi nũc uiderem Cereris fructum, ſin
minus, Bacchi. &. ſi quidem cõduceret mi
hi & utile eſſet, acciperem aliquid. Si uero
non, darem. In eiuſmodi enim multus er-
ror contingit. Nam deus ad id quod euen-
turum eſt ſomnia ſuggerit animæ uiden-
tis, quæ natura uaticinatrix exiſtit, etiam ſi
eſt alia ſomniãdi cauſſa. Qui uero ad ſuam
ipſius interrogationem in ſomnis uiſa ex-
cipit, ſi cõtraria fuerint, ſeducitur, uelut æ-
grotãti panes crudi, quam uis Cereris fru-
ctus ſunt, ſed tamen propterea quod aſſa-
buntur, uehemẽtiorem febrem inducunt.
Ei uero qui uxorem ducere et ſodalitatem
contrahere uult, uitis & uinũ, illa quidem
propter pampinos, hoc uero propter tem
pera-

peraturam, conuenientiora ſunt quàm tri/ticum aut hordeum. Et ei qui de profectu & promotione ſua curioſus eſt, donare & dare aliquid melius eſt quàm accipere, niſi ſanè à preſtantioribus accipiat. Qui enim multa habet, etiam elargiri poteſt: qui ue/rò non habet, accipere nõ uerebitur. Quare petendum quidem eſt à dijs ſomnium, de his rebus quarum aliquis eſt curioſus. Quomodo autem prædicere oportet, permittendum eſt ipſis dijs, & ſuæ ipſius aĩæ.

De diuinitus immiſſis ſomnijs.

Cap. IIII

D Iuina autem ſomnia, ea quæ derepente inſtant & apparent, quem/admodum etiã omnia inexpecta/ta, diuina, & diuinitus immiſſa, uocamus. Iudicare autem oportet ea quorũ memo/ria ex integro reſtat, & quorũ exactam cõprehenſionẽ ſomniator ipſe habet, & quorum exacte meminit. Quoniam ſi uiſa eue/nient, tu aũt reperiaris non uiſa iudicaſſe, erroris reprehẽſionem incurres. Oportet autem omnibus modis ignorãtiæ opinio/nem fugere & uitare.

De moribus localibus. Cap. V

m Ores porrò locales, et locorũ proprietates ſi nõ noſti, percunctare. Peregrinationes aũt & lectiones uel maxime habitũ tibi horum inducent. Neq; enim ſoli libri de ſomniorũ interpretatione ſcripti hanc cõmoditatẽ de ſe præbent, ſed & qui aliam materiã ac argumentum tractant. Mulier quędam exiſtimauit ſe in templum ſiue domũ Dianæ Epheſiæ ingreſſam eſſe, iſthicq; cœnare. Ipſa uero nõ ita diu poſtea mortua eſt. Mors ẽm pœna eſt ingreſſæ eò mulierculæ. Meretricula autem quædam uiſa eſt ſibi in Dianæ ſacellum ingreſſa eſſe, & libertatẽ adepta eſt, & ſcortationem exercere deſijt. Non enim prius in ſacellum ingredi poterat, niſi à meretricatu deſtitiſſet. Proinde etiã de alijs moribus iuxta ſingulas ciuitates aut regiones, ſecundum conſuetudinem localem iudicabis. Minime uero negliges diligenter percunctari ſingula quæ in ſomnis uiſa ſunt. Nam aliquando ob paruam aliquam appoſitionem aut detractionem, euentus diuerſi fiunt, etiam circa ipſam animi diſpoſitionem ac affectionem. Velut,

quidam

Quidam ægrotãtem filium habens, uiſus eſt ſibi ipſum inire, & lętari, cõualuit puer. Nam initus uerbum græcis περαίνειν, habere & perficere ac nanciſci etiam ſignificat. Sumptum aũt eſt huiuſmodi ſomnij iudicium, ab eo quod lętatus eſt. Alius uero rurſum ægrotãtem filium habens, uiſus eſt ſibi inire ipſum, & triſtari & pœnitere. Mortuus eſt puer. Corrumpi enim & mori, itidem uerbum initus περαίνειν ſignificat. Verum iudicium ab eo quod triſtatus eſt acceptum eſt. Quoniam autem ipſe pater erat actor, ipſe adeo erat etiam puero mortis cauſſa, qui non debito morbi tempore ipſum nutrierat. De his quidem igitur quæ in præfatione & ab initio primi libri ſcripta ſunt, hæc ſufficiunt. Alia uero quæ te ſcire oportet hoc modo habent.

De ſupellectile texta. Cap. VI

Væcunque texta ſunt & plicata, non ſolum lina & retia, & ſportę, & nubeculæ ſiue uela, ſed & caniſtra & corbes, & calathi, & uittæ, & monilia aurea, & oẽs catenæ ac coronę, & quæcunq; ſimiles ſpecies, ad nuptias, & amici-

tias & ſodalitates bona ſunt, propter complicationem. Verum ad peregrinationem & curſum & fugã, impedimento ſunt, propter ligationes, & ad actiones inefficacia ſunt, exceptis his qui cum dolo aliquid faciunt. Sunt etiã timentibus horrenda, propter uim detinendi.

De hominum obuentione. Cap. VII

Vicunq; obuiam ueniunt, & quicunq; uidentur tum uiri, tum mulieres, amici quidẽ & benefactores, et in uniuerſum q non nocent, aut non nocuerũt, & uiuẽtes & mortui, boni ſunt. Imagines enim rerum eos qui uidentur reputare oportet, bonarũ quidẽ amicos, malarum uero inimicos.

De priore fortuna. Cap. VIII

Vas olim quis poſſedit opes aut poſſeſſiões, aut quos olim quum diues erat, habebat homines, eos nunc habere indigus aut pauper ſi ſibi uideatur, bonum eſt ipſi. Eius enim fortunæ quæ tũc fuit, reuerſionem ſignificat. Quæ olim quis poſſedit, aut quos olim homines habuit, quum erat egenus aut pauper, ſi nũc diues habere uideatur, multorũ ma-

lorum

lorum & paupertatis ipſi ſignum eſt.

De differentia hominum qui in ſomnis uidentur. Cap. IX

E X hominibus q in ſomnis uidentur, bonas inſequentes dies faciunt, qui ſunt iucundiſſimi aut chariſſimi, aut qui uidentes amant, etiam ſi ipſos nō noſcāt. malas uero inimiciſſimi aut odioſi, aut qui uidentes odio habent, etiam ſi ipſos qui illi ſunt lateat. Quo uero minime dubius circa hūc ſermonem hęreas, quum aliquem amicorū uideris, et malum diem tranſegeris, ſcito quod odio habet te, ſimulat autē erga te amorem. Et quum quendam inimicum uideris, & bona dies ſucceſſerit, ſcito quod immeritò ipſum odio perſequeris.

De opificum obuentione. Cap. X

q Vicūq; opifices obuiam fiunt & uidentur, ſimiles cū artibus euentus habent. Conſimiles autē tum ipſis, tum artibus, officinæ ipſorū conſpectæ euentus habent, excepta meretrice & lupanari. Ipſa enim p ſe meretrix bona eſt, Officina uero ipſius mala. Quorū cauſas in ſermone de coitu relatas habes.

De pueris, iuuenibus, & ſenibus.
Cap. XI

e X pueris maſculi boni ſunt. fœminæ malæ. ambo autē curarum ſignificationem habent. Pueri & iuuenes conducibiliores ſunt quàm ſenes. Verū ad fidem faciendā uiri & ſenes conſpecti pueris & iuuenibus ſunt meliores, preterꝗ̄ ſi qd abſurdi fecerīt aut dixerint.

De plantis cito aut tarde naſcētibus, itemqꝫ de animalibus. Cap. XII

q Væcunqꝫ tarde naſcuntur, & tarde augeſcunt, ex plantis quidem quercus, olea, cupreſſus, & ſimiles. Ex animalib. uero elephas, cornix, ceruus et ſimilia: tum bona, tum mala tardius inducunt. Quæcunqꝫ aūt cito naſcuntur, & cito augeſcunt, ex plantis quidem uitis & perſica. Ex aīalibus uero porcus & ſimilia, cito etiā tum bona, tum mala inducūt. Atqꝫ hæc etiā in præfinitis tēporib. eandē rationē habēt. Similiter etiā omnia quę in agro naſcuntur ad cōparationem hortenſium accipienda ſunt. & agricolā cōſpectū ſimiliter ut hortulanū. Proprie aūt hortus lenonibus cōducit, propter multa ſemina,

& tem-

& tempeſtiuam culturam. Omnes autem mulieres criminatur, uelut impudicas & meretrices. Quæcũq; longa ſunt, uelut cupreſſi, & pinus, & perticæ, & uiri longi, & quęcunq; ſimilia, omnia longanimum eſſe iubent, & non fruſtra feſtinare. Verũ mutila & breuia, feſtinare iubent.

De muris, fundamentis, & arboribus Cap. XIII

Quæcũq; ſolida, muri, & fundamenta, & arbores uetuſtæ, & ferrea & adamantina, timentibus bona ſunt, ſi quis non ab ipſis cõtineatur, propter ſecuritatem enim, timorem eximunt. Sin minus, fugiendum eſſe ſignificant. Quæcũq; mollia & robuſta, bona ex æquo omnibus ſunt. Quæcunq; mollia & debilia, timentibus bona ſunt. Quæcunq; grauia, detentionis & paupertatis ſunt ſignificatiua. Cito enim deorſum repunt.

De uehiculis omnis generis Cap. XIIII

Vehicula quæcunq; in uſum recepta ſunt, uelut equorum, aſinorum, mulorum, quibuſdã bona, quibuſdam mala ſignificãt. Oſtendemus autem de his

rationem, ubi ad ſermonem de animalibus
peruenerimus. Quæ uero nõ ſunt recepta,
uelut luporum, pardorum, canum, & alia-
rum beſtiarum, ſolis his bona ſunt qui po-
tentes inimicos timẽt, propterea quod ſub
iecta ſunt aurigæ animalia in his ſubiuga-
ta. Cæterum hominibus impoſitum ue
hi, ſolis his qui alicui imperare uolunt bo-
num eſt, & ſophiſtis, & doctoribus, & pæ
dotribis, & mancipibus. Reliquos ad di-
uulgationem & perniciem deducit.

De adulatione Cap. XV

a Dulari ſolis his qui id in conſuetu-
dine habent conducit, reliquos hu-
miliores facit. Minores enim ſunt
adulantes quàm qui non adulantur. Adu
latorem ferre aliquem, non conducit, ma-
xime familiarem, proditionem enim ex il-
lo expectare oportet.

De uenditione Cap. XVI

u Enum proponi, bonum eſt his qui
præſentem ſtatum permutare uo-
lunt pauperibus & ſeruis. Malum
autem opulentis, & ægrotantibus, & au-
toritate ac potentia præditis. Multi uero
etiam rapti ſunt & uenditi. At uero uen-
ditum

ditum eſſe à uenum propoſitum eſſe hac ratione differt, qua perfecte factum eſſe quid, à non perfecte factum eſſe. aut quod uenditum eſſe, penitus & omnino euenit; Venum propoſitum eſſe, aliquādo etiam non euenit. Poſſibile eſt enim uenum propoſitum non diuendi. At uero in alijs omnibus ſomnijs, quæ fiunt omnino eueniūt.

De emptione Cap. XVII

Emere & ſuperacquirere omnia quæ homines in uſum emunt, & theſauri loco reponunt, bonum eſt. Verum ea quæ in alimentum & uictum emuntur, pauperibus aptiora ſunt. Opulentis autem ſumptus & impenſas ſignificant.

De acquiſitione Cap. XVIII

Acquirere, & bona precioſiora & multa ſupellectile inſtructa habere, et his quę prius nobis ſūt ſumptuoſiora, aut etiam mediocriter meliora, bonum eſt. Verum non penitus ſupra uires diteſcere. Eſt em̄ hoc abſurdū, et damni ſignum. Oportet autē diteſcentē ſumptus facere, & inſidijs ac inuidiæ expoſitū eſſe:

Nam

Nam & inſidię diuiti ſtruuntur, & inuidiã multorum ſuſtinet. At uero iuxta uel ſupra uires diteſcere, ad uniuſcuiuſque potentiam ac animi magnitudinem referre oportet.

De paupertate Cap. XIX

p Aupertas nemini conducit, maxime tamen rhetoribus & omnibus philologis qui ſermonis ſtudio tenentur, incommoda eſt. Nam inopiæ uerbum ἀπορεῖσθαι, ex æquo pauperem eſſe, & loqui non poſſe ſignificat.

De his quæ præter ætatem infantibus accidunt Cap. XX

q Væ præter ætatem infantibus contingunt, mala ſunt. Velut maſculis barba & canicies, fœminis nuptiæ & partus, & alia omnia ante tempus mala ſunt, excepta loquela. Meritò autem reliqua prius quàm ſolitum eſt contingentia mortem ſignificant, quia propinqua eſt ſenecta, poſt quã omnino ſequitur mors. Loquela autem bona eſt, quia natura animal ſermonis facultatem habens eſt homo. Grammaticus quidã uiſus eſt ſibi filium ſuum quinquimeſtrem integre & clare loqui

qui, & expectabāt quidem aliqui puerum moriturum eſſe. Verum uixit, & multi alij pueri ex hoc ſomnio. Cæterū de alijs præter ætatem contingentibus in his qui non ſunt amplius infantes, in capite de alteratione libro primo exacte explicatū eſt.

De cauſarum ratione Cap. XXI

Onaberis autem de omnibus cauſas reddere, & ſingulis rationibus probabiles quaſdam demonſtrationes annectere, ut ne, etiamſi ualde uera dicas, & tum nudas, tum diſtractas res proponas, minus expertus eſſe uidearis, & ut ipſe ne decipiaris, quum cauſarum relatio uelut domina euentuum, fidem & autoritatē ipſis faciat. Multa enim aliquibus aſſidue eueniunt, & quod iuxta rationem eueniunt ſcimus, ex eo quod ſemper ſimiliter eueniunt. Verum cauſas ob quas ſic eueniunt inuenire non poſſumus. Vnde ſanè putamus euentus quidem ab experientia inuentos eſſe, cauſarum autem rationes à nobis ipſis iuxta uniuſcuiuſq; uires excogitari. Inſuper porrò & hoc obſeruabis. Quæcūq; penitus & omnino conſequuntur ad quædam contingentia, ea etiam in ſomnijs

ſomnis conſequi neceſſe eſt, uelut, pictor quidam uiſus eſt ſibi, nouercam ſuam inire, poſtea inimicitiam cum patre ſuſcepit. Conſequitur enim ad omne adulteriũ æmulatio & inimicitia. Hoc uero etiam in alijs omnibus ſomnijs obſeruabis, & non aberrabis. Quæcunq; autem ſomnia puerorum generationem aut nuptias ſignificant, ea ipſa etiam filios apud exteros degentes reducunt. Vxorẽ item ademptam & liberos reſtituunt.

De aratro Cap. XXII

u Iſus eſt ſibi quis arare & triticum ſerere, & redierunt ipſi filij ex peregrinatione, item uxor quæ ab eo diſceſſerat.

De his q̃ dicũt quod mala ſomnia citius, bona uero tardius eueniũt. Cap. XXIII

a T uero ad eos qui dicunt, quod mala ſomnia citius eueniunt, bona uero tardius, aut etiam non eueniunt, dicere potes quod nõ eſt uerum huiuſmodi quod dicunt. Cauſa autem erroris hæc eſt. Aut mala uident ſomnia habentia imaginationes bonas, & quum mala eueniãt, putant ſe à bonis ſomnijs deceptos eſſe: qua-

quapropter propones ex modo ſpeciali ſomnia, quæ intus quidem bona, extra uero mala exiſtunt. Aut homines in præſens infeliciter agentes, & mala ſomnia uident, ſignificatiua inſtantium malorum, & bona, præſagiẽtia futura bona, ad animi conſolationem, quo uidelicet ſpe futurorũ bonorum, non deſpondeant animum ob improſperũ rerum ſucceſſum: quũ uero nondum eueniãt bona, putãt ſe deceptos eſſe. Apparent aũt & feliciter agentibus mala ſomnia, & quum nondum eueniant contemnuntur, ſed tamen omnino eueniunt. Cæterum ex ueris ſomnijs, alia omnibus mala ſunt, unicuiq; aũt iuxta uires aliquale malum ſignificantia omnia, quæ & intus & extra mala ſunt; quorũ in primo libro mentionem feci: alia ex ęquo omnibus bona ſunt, quæ & intus & extra omnibus bona ſunt: alia iuxta alteram partem bona, iuxta alteram mala ſunt, & alijs quidem bona, alijs uero mala fiũt. Cognoſces autem quando bona aut quando mala fient, à fortuna, aut actionibus, aut cura, aut ætate eorum qui ſomnia uiderunt.

De medi-

De medicamentorum compoſitionibus Cap. XXIIII

CAeterum de medicamētorum compoſitionibus, quod dij quidem hominibus componunt medicinas, & curationes conſtituunt, uanum eſt quærere. Multi enim & in Pergamo, & in Alexandria, itemq; alibi, compoſitionibus diuinis curati ſunt. Sunt autem qui etiā medicinam ex huiuſmodi compoſitionibus inuentā eſſe dicunt. Quod uero quidam perſcribant tales compoſitiones multo riſu dignas, etiam his qui aliquantulum modo ſapiunt manifeſtū eſſe puto. Non enim uiſa ſcribunt, ſed quæ ipſi finxerunt. Quū enim quis dixerit, facilium iuſculorū compoſitionē hyeme quibuſdam datam eſſe, uidetur mihi chelas peloridū ſelectas meliores ducere, & pelorij cerebellum, ipſius galli: Et Indos mordaces, piperis nigri quoddam genus indicat, quod mordet: Et lac uirginis, & ſydus cruore roſcidum, & ouem creticam, malum cydoniū. propterea quod μῆλον uox, id eſt malum ſiue pomum, etiam ouem id eſt πρόβατον ſignificet græcis, & quæcunq; huiuſmodi, ut ne longius

longius ſermonem extendam. Neq; enim decet alienas nugas calumniãdo à propoſito abſcedere, Satis eſt autẽ exempli gratia per pauca hæc,talia redarguiſſe. Quum igitur huiuſmodi abſurda præſcribant, uidentur mihi habitũ ſuum oſtendere,quod uidelicet poſſint ſomnia fingere, magis quàm deorum erga homines benignitatem intelligere. Nam ne unum quidem reuera eiuſmodi uiſum ad nos peruenit. Sed uide tamen his adhuc magis ridicula. σκέπαρνον quæ uox aſciam græcis ſignificat, quidam dixit pellem agninam, iuxta etymon uocis græcę, quoniam agnum tegit. Sic enim & diaulodromos gallus fit, per aulam enim currit. Quin & alia quædam ſimilia his dicere quis poterit, aut etiam magis ridicula. Opinor autẽ & ipſos deos, quibus hæc tribuunt, meritò indignari talia effingentibus, quoniam & ineptos imitatores, & malignos, & inſipientes deos criminantur. Multi uero etiam ex libris Ariſtotelis de animalibus, & Archelai, itemq; libris Xenocratis Aphrodiſienſis edocti, ex qua re unumquodq; animal curetur, & quid ſingula timeant, & quo ma-

xime gaudeant, inde compoſitiones & cu rationes confinxerunt. Et ſane quidam etiam nunc compoſitiones & curationes effingit, qui maxime abunde in tertio ſui operis huiuſcemodi prodit, Verum ego etiamſi probe mihi cognitum ſit eius no/men, ipſius non faciam mentionem. At ue ro compoſitiones deorum, aut ſimplices & nullum ænigma habentes reperies. Vn gēta enim aut emplaſtra, aut cibos aut po/tus, iiſdem nominibus quibus etiam nos appellamus, dij componunt & indicant. Aut quum etiam obſcure loquuntur dij, ualde manifeſte inſinuant. Velut, mulier circa mammam inflammationem habens, uiſa eſt ſibi ab ouicula exſugi, & arnogloſ/ſum herbam, plantaginem latinis dictam, cataplaſmatis modo imponens ſanata eſt. Propterea quod plantæ nomen græcis ex lingua ouilla compoſitum, plantaginem herbam indicabat. Qualemcunque autem curationem repereris, ſiue ipſe iudicaue/ris, ſiue alio iudicante euentum didiceris, ſi perſcrutatus fueris reperies aliquid medi/camenti complectentem, & non extra rei medicæ rationem traditam. Quemadmo/dum

dum Fronto Arthriticus curatione à dijs petita, uiſus eſt ſibi in ſuburbijs deambu-lare, & ignis admotione uſus, multum al-leuatus eſt: tanquã compar res eſſet medi-camento & curationi. Quapropter quan-tum tibi poſſibile fuerit, rei medicæ expe-rimenta diligenter inueſtigato, quemad-modũ iam ſæpe te exhortatus ſum. Quin & eius uelut ridiculi & uani memineris, quod non ægrotantes, neq; omnino quid dolentes, ſi dixerint ſi accipiant compoſi-tionem aut à ſacerdotibus, aut ab exper-tis, & acceptam geſtent, profuturam prius quàm ægrotent aut aliquam corporis par tem doleant. Non enim ſanis, ſed ægrotis opus eſt curationibus. Inſuper etiam mea-rum iudicationum, & meę aggreſſionis ad cognoſcenda ſomnia memineris, & non ineptas quorundam iudicationes imitabe ris, etiamſi ab aliquibus inde laudem ſpe-raueris. Neq; etiam ab una prima ſyllaba ſomnia iudicabis, ne erroribus implicatus inglorius fias. Cuius rei exemplum recen-ſebo. Quidam ægrotans uiſus ſibi, quen-dam Piſonem appellatũ uidere, hoc ſom-nium quidam multam ſecuritatem, & an-

nuam fertilitatem ſignificare reſpondit, in ſuperq́; ægrum nonaginta annos uicturũ eſſe dixit, coniectura ex prima ſyllaba nominis piſonis græcis literis ſcripti facta, & nihilo minus mortuus eſt is qui ſomnium uidit in eo ipſo morbo. Nam Piſo ungenta ferre ſibi uiſus erat, ægrotanti autem ungenta mala ſunt, propterea quod unà cum mortuis inferuntur. Cæterum ne putaueris naucleri ſomnium huic ſimile eſſe. Interroganti enim ipſi, num aſcenſurus eſſet rhomam, quidam reſpondit non, græca particula οὐ, quæ non ſignificat uſus, & in quadringentis ſeptuaginta diebus eo peruenit. Nihil enim intererat, ſiue numerum ipſi diceret, ſiue nomen elemẽti quod eum ipſum numerum ſignificaret.

De literarum retextu
Cap. XXV

CIrca literarum retextum Ariſtarchus, quantumuis optimus ſomniorum interpres, & alij quidam ueteres, omnino ridiculum quiddam admiſerunt. In præfationibus enim docent quid eſt literarum retextus, anagrammatiſmus græcis appellatus, ſed plane uidentur

tur eo nunquam ipſi eſſe uſi, neque tranſponentes ſyllabas, neque reijcientes, neque literas apponẽtes. Ego uero & in principio mei operis eius mentionem feci, & nunc admoneo, ut literarum retextu utaris, quum ſomnium alicui iudicas & interpretaris, ſi uelis hac parte alio ſapientius iudicare uideri. At uero ubi tibi ipſi iudicabis non ita utaris, quoniam decipieris.

De his quæ æqualem calculum, ſiue numerum implent. Cap. XXVI

Porrò æqualem numerũ implentibus uteris, quum ea quæ uidentur, etiam citra ea quæ æqualem calculum repræſentant, hoc quod æqualem numerum implentia compræhendũt ſignificant. Velut apud græcos γραῦς id eſt anus, ægrotãtibus uiſa mortis ſignum eſt. Etenim γραῦς ſeptingenta & quatuor repreſentat, quem numerũ implet etiam elatio, græce ἡ ἐκφορὰ appellata. Sed & citra æqualis calculi utriuſque uocis reſpectum, & ipſa anus elationis eſt ſignificatiua, utpote quæ non ita diu poſtea ſit mori-

tura. Si uero aliquādo ſomnium in nulla ſomniorum iudicandorum ſpeculatione ſubiacens repereris, & iudicare nō poſſis, ne animo abiecto triſteris. Nam ſunt quædam quæ ante euentum iudicari non poſſunt, quæ tamen ſi forte iudicaueris, felix & fortunatus eſſe mihi uideberis. Sin minus, non propterea artis rudis, uelut, uiſus eſt ſibi quidam exercitus Imperator, in machæra ſua ſcriptas eſſe tres literas græcas ι κ θ. gerebatur autem bellum Iudaicum in Cyrene, & is qui ſomnium uidit fortiter ſe gerens in bello uictor euaſit, atque hoc erat quod diximus, per ι enim Iudæis, per κ uero Cyrenæis, per θ mors hoc eſt θάνατος ſignificabatur. Verum ante euentum, ſomnium à nemine iudicari poterat. Vbi autem euentus contigiſſent, etiam ualde bene iudicabile apparebat. Videtur autem mihi & Ariſtander Alexandro Macedoni Tyrū obſidenti, & propter temporis moram triſti & anxio, & per ſomnium ſibi uiſo, in ſcuto ſuo ſatyrum ludentem uidere, feliciter ſomnium hoc iudicaſſe. Nam & in Tyro fuerat, & debellanti regi Tyrios aderat.

Etenim

Etenim nomen Satyros græcis literis ſcri-
ptum, in σὰ τύρος diſtinguens, regem ad
bellum alacrius urgendũ concitauit, Qua-
re & urbem cœpit, uelut ex diſtinctione
Ariſtander ei promiſit. σὰ τύρος enim, tua
Tyros eſt, ſignificat. His ſimile eſt & ſub
ſcriptum. Syrus Antipatri ſeruus uiſus eſt
ſibi infernas pedum ſuorum partes, ipſas
uidelicet plantas non habere, & uiuus ex-
uſtus eſt, Nam quod ab aliquo ſignifica-
tur, rurſus illius ſignificatiuum eſt, à quo
ſignificatur. Velut, mulier quædam uiſa
eſt ſibi oculos dolere, ægrotauerunt eius
filij. Alia mulier exiſtimauit filios ſuos æ-
grotare, & ex oculis ægrotauit. Dioge-
nes Nauclerus nauis faciem ſiue proram
uiſus eſt ſibi perdidiſſe, & non longe poſt
proreta ipſius mortuus eſt. Et in Mileto
quidam proretam efferre ſibi uiſus & ſe-
pelire, nauis faciem ac proram ipſam per-
didit. Et qui patrem ægrotare putabat, ca-
put doluit. Quod uero caput patris
ſignificatiuum ſit in pri-
mo libro didi-
ciſti.

De partibus corporis Cap. XXVII

IN uniuerſum autem ex corporis partibus, ſuperiores ad potiores & præſtantiores refer, omnes autem infernas ad minores & minus præſtã-tes. Sunt autem in capite tales, palpebræ, dẽtes, labra, & lingua. In toto uero corpore, quæ ſupra cingulum & infra cingulum exiſtunt. Dextras autem partes, ad uiros aut ſeniores. Siniſtras ad fœminas, aut iuniores tum mares, tum fœminas referes. Verum de ſingulis ſpeciatim, ex diuiſione de corpore eiusq; partibus libro primo tractata iudicabis.

De uomitu Cap. XXVIII

OMnem uomitum & ſanguinis, & cibi, & pituitæ, indigentibus quidem, in utilitatem iudicabis, opulentis uero, in detrimentum. Illi enim non utique perderent quid, ſi non prius poſſiderent. Hi uero habentes aliquid, id ipſum perdunt.

Sæpe eadem ſomnia uidere Cap. XXIX

Somnia quæ ſæpe uidentur, ſiquidem ex paruis interuallis uideãtur

& con-

& cõtinenter, ſemper idem ſignificare putato. Ea gratia autem ſæpe uideri, ut magis ipſis animum aduertas & credas. Nam & nobis mos eſt, quũ quid ſerium dicamus, ut id ſæpe repetamus. Sic igitur & anima quando ſeria præſagit, & memorabilia ac non præter rem exiſtentia, ſæpe ipſa oſtendit, aut quod multo ante tẽpore quàm eueniant ipſa uidere cœpit, & non deſtitit, nec relinquit. Quãdo autem magna fuerint interualla, quibus idem ſomnium ſæpe uidetur, aliàs alia ſignificare putato. Quemadmodum enim ſi multi idem ſomnium uiderint, diuerſimode unicuiq; eueniet, propterea quod nõ omnes in ijſdem negocijs uerſantur: Sic etiam, ſi in diuerſis temporibus idem ſomniũ quis uideat, diuerſimode ipſi eueniet, propterea quod non ſemper in ijſdẽ negocijs uerſetur. Velut uerbi cauſſa, Viſus eſt ſibi quiſpiã naſum perdidiſſe, erat autem unguentarius, & perdidit merces naui impoſitas, et ceſſauit unguenta uendere, propterea quod naſum nõ habebat, non habebat enim amplius inſtrumentum quo unguenta probaret, in arte quã exercebat. Idẽ igitur quũ iam non am

plius ungentarius eſſet, rurſus uiſus eſt ſi-
bi naſum nõ habere, & criminis falſi reus
peractus, fugitiuus patriæ ſuæ factus eſt.
Quicquid enim faciei deeſt, indecoram &
ignominioſe turpem ipſam facit. Eſt aũt fa
cies pudoris & reuerentiæ ac autoramen-
ti imago. Meritò itaque etiam ille ignomi
nioſus factus eſt. Idem ille uiſus eſt ſibi rur
ſus naſum non habere, & non longe poſt
mortuus eſt. Nam caluæ mortuorum na-
ſum non habent. At uero primum ſomni-
um uelut mercatori, in ungenta euentum
habuit. Secundum ut uiro ſtatus & auto-
ramenti integri, in ipſam dignitatem. Ter-
tium autem ægrotanti, in ipſum corpus e-
uenit. atque ſic idem ſomniũ in uno & eo-
dem homine, ter non ſimiliter euentũ ſor-
titum eſt.

De uaſis & inſtrumentis.

Cap. XXX

u Numquodq; uas et inſtrumentũ, aut artem ſignificat, aut id quod in ipſo continetur, Velut dolia, ui num aut oleum. et acerui, triticum, aut hor deum. aut iuxta proportionẽ ſimile quid- dam quod in uſu eſt, Quemadmodum in-

ſtrumenta

ſtrumenta omnia, amicos & liberos ac pa-
rentes. & penus, quæſtorem penuariū. &
ciſtę & theſauraria, uxores et œconomos.
Quidam equeſtris ordinis uir, expeditio-
nem exercitus à rege petens, uiſus eſt ſibi,
uocatus ab aliquo exire è domo ubi erat,
& quum deſcendiſſet duos gradus, acci-
pere ab eo qui uocarat coronam oleagi-
neam, talem qualē in pompis equites Ro-
mani geſtare ſolent. & ualde quidem lętus
erat. Confidebant autem ſomnio & hi qui
circa ipſum erant. Verum petitionem nō
eſt aſſequutus. Accipiebat enim coronam
non aſcendens, ſed deſcendens de gradib.
dicimus autē profectus & ſucceſſus, aſcen
ſus. Cæterum corona fecit ipſum in uxo-
rem ducere uirginē, propter ligationem.
Hoc ſomnium propterea tibi cōſcripſi, ut
diſcas quod primis ſomniorum imagina-
tionibus animum adhibere non oportet,
ſed ſimul ordini omnium uiſorum. Qui e-
nim à ſola corona iudicauerunt, nul-
la deſcenſus ratione habita,
omnes decepti
ſunt.

De

De cognatione. Cap. XXXI

O Mnes à genere, totum genus ſignificant, maxime pueri. Nã quicquid tandem aliud ſignificent, ſimul etiam genus indicãt. Velut, Viſus eſt ſibi quis ſuam filiã gibboſam uidere, mortua eſt ſoror illius qui ſomniũ uidit, recte & ſecundum rationem, erat enim ipſi genus non ſanum.

De rebus nos complectentibus. Cap. XXXII

O Mnia contentiua & complexiua noſtri ipſorum, eãdem rationem habent. ueſtis, domus, murus, nauis, & ſimilia. Velut, uiſus eſt ſibi quiſpiã lignea ueſte amictus eſſe. Nauigabat, & nauigatio ipſi tarde proceſſit. Erat eñ lignea ueſtis ipſa nauis. Viſus eſt ſibi quis ueſtem mediam ſciſſam eſſe, contrita eſt ipſius domus. Nam quod ipſum cõtinebat, nõ erat integrum. Tegulam domus putauit quis ſe perdidiſſe, perdidit ueſtes. Nam quod tegeret ipſum non amplius erat. Murũ putauit quis diffractum eſſe, erat autem nauclerus, et parietes ac latera nauis ipſi rupta ſunt. Impetũt enim murum hoſtes, nauem mare

mare & tempeſtas. Verũ hęc omnia etiam ad corpus relationem habent. Qui itaq; uidit ueſtem per ſomniũ ruptam, meritò uulneratus eſt, & iuxta illam partẽ, iuxta quã circũdatæ ueſtis fiſſura erat. Quemadmodum enim ipſi ueſtis, ſic animæ corpus circundatum erat. Cæterum ſimul cum alijs euentibus, ſerui etiam ad corpus dominorum referuntur. Qui igitur uiſus eſt ſibi, famulum febricitantem uidere, meritò ipſe ægrotauit. Quam enim rationem habet famulus ad uidẽtem, eandem habet corpus ad animam. Exiſtimauit quis equi calciatum ſe habere, militauit et factus eſt eques. Nihil enim intererat aut ipſum, aut equũ ipſius geſtatorem, calciatũ habere. Multi enim euentus & in ſimiles, & in ſanguine iunctos, & in cognomines eueniunt. Velut, uiſa eſt ſibi mulier quædam uirum habens, alteri nupſiſſe. Neq; autem uir ipſius ægrotabat, ut ipſo defoſſo alteri nubere poſſet. Neq; quicquam uenale habebat, ut quemadmodũ nupta cum alio commutationem & cõtractum faceret. Neq; ſanè filia ipſi erat nubilis, ut illam in matrimonium alicui collocaret, & ſic nõ ſeipſam, ſed

filiam

filiam uideret alteri nuptam. Neq; ipſa ægrotabat, ut moreretur. quoniã & nuptiæ, & mors eandem rationẽ habent, quia quę ad utrunq; conſequuntur ſimilia exiſtunt. Erat autem ipſi ſoror cognominis, quæ ægrotabat & mortua eſt, & quod ipſi euenturũ erat ubi ægrotaſſet, hoc ſorori cognomini euenit.

De rege. Cap. XXXIII

r Ex & templũ, & miles, & epiſtola regis, & argentũ, & quæcunq; eiuſmodi, ſe mutuo ſignificant. Stratonicus putabat ſe regem calcitrare, & progreſſus inuenit aureum numiſma quod calcauerat. Nihil enim differebat ſiue regem, ſiue ipſius imaginem, calcitrare aut calcare. Zenon uiſus eſt ſibi centurio factus eſſe. & progreſſus accepit cẽtum regias epiſtolas. Cratinus noſter argẽtei templi prefectus eſſe ſibi uiſus, argẽti regij prefectus & diſpenſator factus eſt. Quicquid ex ore dederit rex, per ſententiam latã proderit accipiẽti. Chryſippus Corinthius ex ore regis duos accipiens dentes, in una die duabus ſententijs latis coram rege litigãs uicit. Porrò uocabulũ βίος id eſt uita, bifariam

fariam à te accipiatur, aliquãdo ut bona & poſſeſſiones, aliquando ut ipſum uiuere.

De coruis. Cap. XXXIIII

Mlier opulẽta uiſa eſt ſibi, tres coruos ipſi inſtare, & impudenter intueri, unum aũt ex ipſis etiam uoce rupta dicere, ego te exuiuam faciam, & eos coruos poſtquam ter circunuolaſſent ipſam auolare. Hæc poſt nonũ diem mortua eſt, recte & ſecundum rationem. Nam exuiuã te faciam, ſimile erat uelut ſi dixiſſet, extra uitam te faciam, hoc eſt occidam. Tres uero ter circumacti, nouem dies indicabant.

De his quæ dicuntur in ſomnis, & eueniunt. Cap. XXXV

Qvæcunq; quis dicit alteri non ex arte ſuĳpſius, in ſeipſum eueniũt. Quæcũq; uero ex arte, in illum reſpiciunt, nequaquam uero in ipſum dicentem. Cæterũ uelut in mechanicis artibus, quęcũq; quis didicit ſi fecerit, bonũ eſt. Sic etiã in reliqs. Quæcũq; eñ medici legalia, aut legiſpiti medica, aut medici uatidica dicũt, hæc in ipſos dicẽtes eueniũt. Quęcũq; uero legiſpiti, legalia, aut Medici medica,

aut

aut uates uatidica dicunt, hæc ab ipſis ue/lut egregium in artibus ſuis documẽtum præbentibus accipere oportet. Viſus eſt ſibi quidam medicus cuidam dicere, Rho/manus quum ſis, græcam uxorem ne du/cas: ipſe ducta uxore, multa mala ab ipſa paſſus eſt. Ex quibus quis commoditatem percipit, his benefacere ſibi uideri, aut ne/quaquam ſanè lędere ipſos, conueniẽs eſt. quoniam aliàs non fruetur utilitate ex ip/ſis reſultãte. Heraclides Thyaterenus tra/gœdus, Rhomæ certaturus tragœdorum certamẽ, uiſus eſt ſibi ſpectatores trucida/re, & iudices, & amicos. ſuperatus eſt cer/tando. Neque enim ſolet quis amicos occi dere, ſed inimicos. Quodam igitur modo dicebat ipſi ſomnium, ſpectatores fore ini micos, itemq́; iudices. & ſanè aliàs etiã ipſi ſuffragari non poterant trucidati. Alexan der philoſophus uiſus eſt ſibi morti adiu/dicatus, & excuſationibus prætentis, uix à cruce ſolutus eſſe. Quum aũt eſſet uir phi/loſophiæ ſtudijs deditus, non nuptiarum, non ſodalitatis, non diuitiarum, non alia/rum rerum quę per crucem ſignificantur, curioſus erat. Sequenti die in contentionẽ

cum

cum Cynico quodã peruenit, & ligno ca/
put percuſſus eſt, atque hoc erat quod ani
ma ipſi præſagiuerat, parum abfore ut lig/
no percuſſus moreretur. & cito ſanè mor/
tuus eſſet, niſi liberatus fuiſſet. Hoc ſomni
um docebit te, quid quærere oporteat, etiã
de his quæ poſſibile eſt euenire. Vxor ful/
lonis nigras ueſtes habere ſibi uiſa, & ĩ his
contempta induere albas, filium perdidit,
& poſt triduũ ipſum reperit. Sic etiã ſunt
alba nigris meliora. Quidam in Pergamo
fragmenta panis, & integros panes exca/
care ſibi uiſus, decollatus eſt. quemadmo/
dum enim caput ipſi non eſſet quod com/
manducare poſſet, anima ipſi præſagiuit.

De foco. Cap. XXXVI

F Ocum apud exteros ædificare, ei
qui non propoſuit uxorem duce/
re, aut iſthic habitare, mortẽ præ/
ſagit. Bithynus adoleſcens Romæ focum
extruere ſibi uiſus, mortuus eſt.

De cõpoſitis ſomnijs. Ca. XXXVII

C Ompoſitorũ ſomniorũ capita di
uides, & unumquodq; ſeorſim iu
dicabis. Velut, ſi uiſus eſſet ſibi qs
nauigare, deinde è naui egreſſus ſuper ma/

re deambulare, hoc modo iudicabis. naui gationis quidem in ſecundo libro, deambulationis uero ſuper mare in tertio libro iudicationes accipies.

De immobilibus ueſtibus.

Cap. XXXVIII

Nihil immobiliũ circum corpus ſitum cõmodum eſt. Quidã in Magneſia ſibi uiſus æreis ueſtib. amictus eſſe, recte mortuus eſt. Erant enim ueſtes ipſum cõplectentes immobiles, quales ſtatuis circũdari ſolẽt, hæ aũt nõ uiuũt.

De comœdo & tragœdo. Cap. XXIX

Uiſus eſt ſibi quis fabulã docere ſemiuiri, androgynon græci appellant, & ęgrotauit ipſi pudendum. & primum quidem propter nomẽ, ſecundum uero propter id quod accidit conſpectis. Et ſane Androgynus q̃d ſignificet noſti, itemq́; quid Gallus. Memineris autem quod ſiue comœdiã, ſiue tragœdiam quis agere ſe putet, eiusq́; recordatur iuxta argumentum dramatis euentus iudicantur.

De

De coloribus. Cap. XL

Væ colore ſimilia ſunt, in idē eue
q niunt. Aethiopem quis per ſom-
num muneri accipiens, poſtridie
uas carbonibus plenum accepit.

De myſterijs. Cap. XLI

Vicquid myſteria in ſe cōtinent,
q ſimiles euentus faciunt, & in tan-
to tempore conſpecta, in quanto
abſoluunt. Erat feſtiuitas & myſteria Dio
nyſi ſiue Bacchi, uiſa eſt ſibi fœmina, ine-
briata Baccho tripudiare, & proprium fi-
lium trium annorum occidit. Nam fabula
quæ de Agaue & Pentheo fertur, eiuſmo
di eſt. & deo ipſi Trieterica ſacra celebran
tur tertio quoque anno.

De operando. Cap. XLII

Vod autē operari eandem quam
q uiuere rationem habet, hoc ſom-
nium edocere poteſt. Viſa eſt ſibi
mulier quædam telam texuiſſe, poſtridie
mortua eſt. Non enim amplius quod ope
raretur habebat, hoc eſt non amplius ha-
bebat uiuere.

Faciem cælare & inungere.
Cap. XLIII

Eque occultare, neq; oblinere ali/
n quo faciem, bonum eſt. Nõ enim
inſontem & à peccatis alienũ eſſe
aiunt eum qui ſomniũ uidit. Paphius ado
leſcens uiſus eſt ſibi faciẽ oblini, uelut mu/
lieres. In adulterio deprehenſus eſt, & da/
mnatus turpiter ſe geſſit. Quęcũq; in aliud
commoda ſunt, in aliud impenſa incõmo/
da fiunt, & non ſunt ſomnianti utilia. Cre
ticus mercator uiſus eſt ſibi uino lauari, &
dixit quiſpiã ipſi ex his qui artis interpre/
tandi ſomnia magnam famam obtinebat,
quæſtum facies ex uino, & æs alienũ quo
obſtrictus es ablues. Verũ res minime ſic
habebat. ſed uinum ipſi corruptũ eſt. Nam
ipſum uini lauacrum de cętero abſurdum
& inutile erat.

Quod non omnia ſomnia iudicatio/nem habeant. Cap. XLIIII

Vnt quædã quæ in ſomnijs ipſis
ſ ornatus gratia uidẽtur, quæ relin/
quere oportet. Quemadmodum
enim ſi quis in domum ingreditur, omni/
no & porticum & poſtim & ſuperiorẽ ia/

nuæ

nuæ partem uidet, ſed non propter hæc ingreditur: ſic non ex his iudicationem facere oportet, ſed ab ipſa domo. Viſus eſt ſibi quidam uidere uxorem ſuam in lupanari purpureis ueſtibus amictã ſedere. fecimus iudicationem non à ueſtibus, neque à deſeſſu, neque ab alio quopiam, ſed à ſolo lupanari. Erat qui ſomniũ uidit publicanus, & exercebat quęſtum ſordidũ ac turpem. Artem enim aut negociationem, aut opus ſomniantis, uxorem eſſe putamus. Quemadmodum igitur natura nõ neceſſitatis ſolius gratia omnia facit, ſed etiam ornatus, uelut pãpinos in uitibus: Sic etiã ipſa anima multa ornatus gratia contemplatur, et ſępe à parte totum demonſtrat. Velut, exiſtimauit quidam ſe ſororis ueſtes habere & indutus eſſe. hæres ſororis factus eſt. Quod autem lux cõmodior eſt tenebris, ſi quis non uelit latere, uel inde cõdiſcere potes. Menippus Magneſius non diu ante Rhomanum certamen, uiſus eſt ſibi dum pancratium decertaret, noctem factam eſſe, & non ſolum ſuperatus eſt in certamine in urbe Rhomana, ſed etiam manũ ſauciatus artem deſiuit.

De ſomnijs ſecundum hiſtoriam.
Cap. XLV

q Vod non penitus effugiant ſomnia hiſtoriarum rationem, inde ſanè condidiceris. Mulier quædam uiſa eſt ſibi Herculis labores perfeciſſe, nō ita longe poſtea incendio correpta, finiuit uitam. Aiūt enim Herculem corpore igni conſumptū eſſe. Quando tamen hiſtorijs animū aduertere oportet, & quando non, ubi ad eum ipſum locū peruenero, etiam hoc te docebo.

De eo quod nemo eſt contēnendus.
Cap. XLVI

c Ontemnere neq; unū aliquē priuatum, neq; multos, neq; populū cōducit. quemadmodū neq; contemnentis opera facere aut pati, niſi his ſolum q principes agere poſſunt. Exiſtimauit quidā uxorem ſuam reductis ueſtibus oſtendere ipſi pudendū. Multorūq; malorum cauſſa ipſi uxor fuit. Etem̄ uelut contemptibili denudatū pudendū obiecit. Viſus eſt ſibi quis in cōuictu & ſodalitio, ſublatis ueſtib. ſingulos urina aſpergere. expulſus eſt è ſodalitio uelut ignominioſus.

Par eſt enim eos qui per uinolentiã ſe tam petulanter & probroſe gerunt, odio haberi & expelli. Viſus eſt ſibi quis in theatro populo referto lotium egerere, is in leges deliquit. meritò, principes enim & præfectos legum, uelut iſthic ſpectatores, contempſit. Cæterum principes & magiſtratus ſibi uideri inferiores contemnere, nihil abſoni eſt.

De medicis. Cap. XLVII

AT uero de medicis, quod omnibus benefactoribus et opẽ ferentib. eandem rationẽ habent, in ſecundo libro diximus. Nunc uero documento quodam cõfirmabo eum ſermonem à ſomnij euentu. Quidã litem habens, uiſus eſt ſibi ægrotare, & medicos nõ habere, contigit ut aduocatis deſtitueret͂. Morbus enim litem indicabat, iudicari enim utroſq; dicimus, et litigantes & ægrotãtes. Medici autem aduocatos ſignificabant.

De proprijs locis. Cap. XLVIII

IN ſup & huius memineris, quod quæ nõ in proprio loco uidentur, contrarium ei quod aliàs ſignificat͂ pręſagiũt. Velut, uiſus eſt ſibi qdã uirũ aliquem familiarẽ & amicũ cũ cuius filia

ſtupri cõſuetudinem habebat, equum ipſi mittere, equiſonẽ autem per duos gradus adductum equum, in cubiculũ ubi ipſe decumbebat inducere, & nõ longe poſt prohibitus eſt ab acceſſu ad amicã. Equus em̃ mulierem ſignificabat, locus aũt, quod nõ permãſura eſſet. Neq; enim poſſibile erat equũ ultra duos gradus ſub tertiæ cõtignationis cœnaculũ pductũ, iſthic pmanere.

De mõſtroſis & hiſtorijs. Cap. XLIX

Quæcunq; monſtroſa ſunt, & nequaquã poſſibilia ut exiſtant, uelut Hippocentaurus & Scylla, uanas fore expectationes ſignificãt, uelut in ſecundo libro eſt prædictũ. Aliquando autem ſpes quidem ipſas nõ perficiunt. propoſitas uero res ſibijpſis ſimiles faciũt. Viſus eſt ſibi quidam uir cupiens ſibi liberos gigni, uxorẽ habens prægnantem, hippocentaurum ſibi natum eſſe. gemini ipſi nati ſunt infantes, duo em̃ ſunt corpora hippocẽtauri, ſed neuter puerorũ educat⁹ eſt, nequaq; enim poſſibile eſt hippocentaurũ eſſe, aut naſci, ſi uero etiã naſcatur, impoſſibile eſt educari. Quęcũq; hiſtoriæ duplicẽ habẽt rationẽ, alijs qdẽ ſic habere dicẽtib. alijs

aliȷs uero aliter, harum utram tandem inſequeris ut ſimiliter euenturam, recte feceris, etiamſi ſucceſſus non reſpondeat. Præſtat autē utraſq; opiniones & ſcire, & narrare, uelut eſt ſomnium ab Aegyptio relatum. Viſus eſt ſibi quis phœnicē auē pingere. Interpretatus eſt Aegyptius, quod is qui ſomniū uidit ad paupertatem tantam peruēturus eſſet, ut patrem mortuum, ob multam inopiam, ipſe humeris impoſitū elaturus eſſet. Etenim Phœnix auis patrē ſuum ſepelit, & abiectum eſſe nō ſinit. An quidē igitur ſic euenit ſomniū haud ſcio, certe ille ſic expoſuit, & ſanè iuxta hanc hiſtoriæ partem uerisimile erat ſic euenturum eſſe. uerum dicunt aliqui, quod phœnix non ſepelit patrem, neq; omnino ipſi ſuperſtes eſt pater, neq; alius quiſpiā progenitorum. Sed quum ipſum fatum ducit proficiſcitur in Aegyptum, unde non ſanè eſt hominibus notum, & ipſe ſibiȷpſi ex caſia & myrrha conſtruens rogum uita decedit. At uero ubi exuſta eſt pyra, poſt tempus ex cinere uermiculum generari aiūt, qui incrementū adeptus tranſmutatur, & rurſus phœnix euadit, & auolat ab Aegy-

pto, eò unde prior phœnix uenerat. Quare ſi quis eum qui ſomnium uidit parentibus deſertum fore dixerit, iuxta hãc hiſtoriæ partem ſucceſſu non carebit. Memineris autem quod ſolis his hiſtorijs animum aduertere cõuenit, quarũ ex multis & magnis coniecturis fides firmata & recepta eſt, quod ueræ exiſtant, uelut bello perſico, & quod hoc præceſſit Troiano, & ſimilibus. Horum enim tentoria oſtenduntur, & prȩliorum loci, & exercitus ſedes, & urbium ac ararum ædificationes, & quæcunque alia ad hæc ſequi ſolent. Quum igitur tale quoddam quis uiderit, omnino ſimile quid ipſi euenturum eſt. Inſuper & diuulgatis hiſtorijs mentem adhibere conuenit, & his quæ à plurimis creduntur, uelut ſunt quæ de Prometheo, & Niobe feruntur, & ſingulæ quæ in tragœdijs conſcribuntur. Hæ enim etiamſi non ita habeant, tamen propterea quod à plurimis creduntur, conſimiles narrationi ſuæ euentus habẽt. Quæcunqȝ uero exilis fidei, nugarũqȝ ac deliramentorum plenæ ſunt, uelut quæ de Gigantum pugna, & de Spartis tum in Thebis, tum in Colchis feruntur, & ſimiles

les: aut penitus non euenient, aut iuxta ſuperiorem ſermonem, omnem expectationem irritam faciunt et obliterant, & uanas ac inanes ſpes pręditunt. Niſi ſanè ex phyſicis aliqua, phyſicam & naturalem ſuſcipiat expoſitionē. Velut, uiſus eſt ſibi quis Endymion factus eſſe, & à luna amari, contigit ipſi multa celebritas, & nominis gloria, & quæſtus præterea inſignis & luculentus, ex ſtudio uaticinationis ex aſtris. Nam & Endymionem fabula refert quæ ſanè uulgo circumfertur, à luna amatum eſſe, & cum ipſa coiuiſſe. Verum qui talia ſtudioſius rimantur tradunt, Endymionē aſtrologiæ cognitione maxime omnes homines pręcelluiſſe, & noctu excubantem, putatum eſſe cum luna coire, ac conſuetudinem habere.

De ſimilibus & cognatis Cap. L

Vicquid uiderit quis ſimile aut cognatum aut familiare, hoc ſi cum familiari ſimul & cognato uideatur, minus malum fuerit. Velut, uiſus eſt ſibi quidam dolium uini plenũ habens, uitem ex dolio enatam eſſe. Eſt autem & apud

Phœbum

Phœbum Antiochenum tale ſomnium. Viſus eſt ſibi quis dolium uino plenũ habens, è dolio oleam excreuiſſe, & ait Phœbus, quod omnes qui de uino biberũt mortui ſunt, Vipera nimirum uino immortua. At uero ei qui ſibi uiſus eſt, è dolio ſimiliter uitem productam eſſe, erat quidem ſimiliter uipera mortua in dolio, & uinum ſimiliter corruptum erat, nõ tamen aliqui id biberũt, neq; mortui ſunt, placuit enim ipſis excolare uinum prius, ut antea quàm rurſus biberent, quod accidiſſet diſcerent. Repertis autem feræ oſſibus, effuderũt uinum. Veriſimile autem erat illos non morituros eſſe. Non enim ſi quid uitis eſt, hoc ſtatim eſt & uinum. Vnde ſanè impotabile factum eſt uinum. Quoniam autem familiaris eſt uitis uino in dolio, minus malum ſomnium erat, quapropter etiam mortui non ſunt.

De permutatione in melius Cap. LI

OMnis tranſmutatio in melius, bona eſt diuitibus, etiamſi quis in deum tranſmutetur. Oportet autem nihil defectuoſum habere. Velut, uiſus eſt ſibi

quis

quis, Sol factus eſſe, & per forum progre/
di, habens radios undecim. Dux exercitus
factus eſt ipſius urbis, & undecim tranſa/
ctis menſibus in principatu, mortuus eſt.
Propterea quod nõ haberet perfectum ra
diorum numerum. Multa autem & de
ſeipſis addũt euentibus loci ipſi, quod uel
inde cognoſcere potes. Videri ſibi crucifi
xum eſſe, gloriam & opulẽtiam ſignificat,
gloriam quidem, propterea quod altior re
liquis crucifixus exiſtit, opulentiam autẽ,
quod multas aues nutriat. Menander in
Græcia uiſus eſt ſibi crucifixus eſſe, ante
templum Dioſpolis urbis, & ſacerdos il/
lius dei factus, ſplendidior & opulentior
euaſit.

De inimicis & amicis Cap. LII

INſuper & eius meminiſſe te opor/
tet. Quod amici ſimul cum inimicis
conuerſantes & congregati, in ini/
micitiam cum eo qui ſomnium uidit ue/
niunt. Felenus uiſus eſt ſibi, quoſdam ami
corum ſuorum ſimul cum inimicis parare
profectionem, & in hoſtilitatem cum ami/
cis ſuis uenit, ob quaſdã alias cauſas nihil
ad inimicos pertinentes.

De ſemi/

De ſemiperfectis operibus
Cap. LIII

Emiperfecta opera, penitus impro/
ſ ſperum ſucceſſum & inefficaciam ſi/
gnificant, & ne principia quidẽ ex/
hibent. Cilix fratris hæreditatem à rege pe/
tens, uiſus eſt ſibi ouiculam tondere uſque
ad medietatem, & accepta plurima uelle/
ris parte, quod reliquum erat detõdere nõ
potens, expergefactus eſt. Et expectabat
quidem dimidium hæreditatis ſe acceptu/
rum eſſe, uerum accepit omnino nihil.

De coronis non iuxta naturam ſitis
Cap. LIIII

Væcunq; coronæ bonum quid ſi/
q gnificant, hæ ipſæ non circa caput
exiſtentes, ſed circa aliã quandam
corporis partem, ſupra hoc quod nihil bo
ni ſignificant, inſuper etiam malæ exiſtũt.
Zoilus ad Olympia ducens proprios fi/
lios certaturos, alterum lucta, alterum pan
cratio, uiſus eſt ſibi talos pedis coronatos
eſſe olea, & oleaſtro, & ualde hilaris erat,
tanquam ſacræ & uictoriales eſſent coro/
næ, & quæ in olympijs darentur. Verum
mortui ſunt ipſi filij ante certamen, Nam
coronæ

coronæ circa talos ſitæ non procul abſunt à terra.

De Mari Cap. LV

Væ mare ſignificat, & ſcopuli circa
q ipſum, itēq; portus, & ſubterfugia,
& littora, & nauigia, ipſumq; nauigare, in ſecundo libro antea audiuiſti. Et tamen etiam nunc quid tibi eiuſmodi quod accidit narrabit̃. Viſus eſt ſibi quis in mare cadere, & ad profundum deferri, & ſentire quomodo diu deferretur, & tandē præ timore expergefactus eſt. Is ducta in uxorem meretrice, ſimul cum ipſa tranſmigrauit, & magnam uitæ partem apud exteros homines detriuit. Horum cauſas referre ſuperuacaneum exiſtimo.

De his quæ ex corpore naſcuntur Cap. LVI

Væcunq; aſſidue circa partem ali
q quā corporis ſunt, hæc eandē cum
enatis rationem habent. Velut, uiſus eſt ſibi quidam ligna habere ex digitis enata. Et rurſus, uiſus eſt ſibi quis lanas habere ex pectore enatas itemq; ſcapulis, & hic quidem tabe conſumptus, phthiſicus perijt. Ille Gubernator nauis factus eſt.

Huic

Huic enim ſemper ligna erãt in manibus, gubernaculorũ uidelicet. Alteri lanæ ſem per circa thoracẽ erant, propter morbum.

De his quæ iuxta multitudinem aut magnitudinem, diuerſimode eueniunt Cap. LVII

I Nſuper & hoc obſeruabis, Quod ſomnia & iuxta multitudinem, & rurſus iuxta magnitudinẽ aliter eueniunt. Iuxta multitudinem quidem, uelut in cepis, ſi quis ægrotans uideatur ſibi ſemel cepas edere, ſi quidem multas, conualeſcet, alium autem quendam lugebit. Si uero paucas, morietur. Lachrymantur em̃ qui cepas edunt, lachrymantur autem & morientes. Neq; enim ſine lachrymis aliquis uita decedit, Modice autẽ ipſi lachrymantur, ut aliquando etiã uicinos lateant, ſolis palpebris humectis. Verum qui lugent, multum. Nam diu lachrymantur. Iuxta magnitudinem autem, uelut in capris et hedis. Capras enim neq; albas, neq; nigras uidere, bonum eſt, excepto ipſo caprario. Hedi autem omnes boni ſunt. Hęc tibi in omnibus ſomnijs obſeruentur, nũc exempli tantum gratia in his ſolis relata.

Quædam

Quædam uero eandem habent rationem, & in multitudine, & in magnitudine, & in paucitate ac paruitate, uelut ouiculæ. Hæ enim & multæ & paucæ conſpectæ, itemq́ue una ſola, eandem habẽt rationem.

De moribus animalium
Cap. LVIII

Portet autem & animalium mores ad humanos conferre, & mentem ac uoluntatem uniuſcuiuſq́ue, iuxta ſimile animal conſiderare. Velut uerbi cauſa, magnanima, & libera, & actualia, & horrenda, eiuſmodi homines prædicunt. Velut, leo, tigris, pardalis, elephas, aquila, harpe. Et uiolenta & aſpera, & implacabilia, & temeraria, ſimiles ſibiipſis homines præſagiunt, uelut aper & urſus. Et timida ac fugacia & illiberalia, timidos & fugitiuos nobis exhibent, uelut ceruus, lepus, canis. Segnia & ignaua ac malefica, uelut hyæna, ſegnes & ignauos, ſæpe uero etiam ueneficos adducunt. Et ex iaculantibus uenenum, ea quæ horrenda ſunt & robuſta ac potentia, magnos uiros exhibent, uelut draco, & baſiliſcus, & dryinas. Quæ uero multum uenenum ha-

bent, diuites uiros & mulieres, uelut aſpis, & uipera, & ſeps. Maiora uero, imaginationem & apparentiam potētiæ habentia, arrogantes & inconſtantes homines, uelut pareas, & phyſſalus, & typhlenis. Verum parua, ut phalangia, & hydri, & lacerti, paruos quidem & contemptiles, ſed ad male afficiendum ſufficientes homines exhibent. Quæ palàm rapiunt, prædones, & raptores, uelut accipiter, & lupus. Quæ uero rapiunt quidem, non autem palàm, inſidiatores, uelut miluus & uulpes. Formoſa & gratioſa, honeſtatis & pulchritudinis amatores, uelut pſittacus, & perdix, & pauo. Muſica & iucundam uocem habentia, philologos, & muſicos, & gratioſos, ut hirundo, & luſcinia, & regulus, & ſimilia. Imitatoria, præſtigiatores & maleficos, uelut ſimia, merula, & pica. Varia & interpuncta, nō ſimplici mēte pręditos, ſæpe uero & flagris cæſos ac notatos. Operaria laboris tolerātia, oparios & ſubditos, uelut aſini & boues. Sunt enim hæc operaria. Verum operaria quidem, nō autem ſubdita, rebelles & ſuperbos, uelut tauri, & bos armentarius, et equi gręgarij, & equæ armentariæ, & onagri. Quæ ue-

ro gregatim paſcũtur, homines ſociales & gregales exhibent, unde etiam ad ſodalitatem cõmoda exiſtũt, uelut ciconiæ, grues, ſturni, graculi, & columbæ. Horum aliqua etiam tempeſtates prædicunt, uelut graculi & ſturni, & prædones ac hoſtes, uelut grues & ciconiæ. Quæ uero morticinijs inſident, & non uenãtur, ſegnes & pigros homines, aut ueſpillones & mortuorũ funeratores ac ſepultores, aut coriarios, aut aliâs ex urbibus emotos ſignificant, uelut uultures. Nocturna & nihil interdiu facientia, adulteros aut fures, aut eos qui nocturnum quæſtum faciunt, uelut noctua, & nycticorax, & ulula, & cornix, & ſimilia. Quæ multis utuntur uociferationibus, multarum linguarũ peritos & multarum rerum ſcientiam habentes, uelut coruus & cornix, & ſimilia. Regionis amantia & uernacula, propehabitãtes & prope fores; ut hirũdo & lepus. Hæc uero etiã fugitiuos in domũ redire ſignificãt, natura liberos exiſtẽtes. Memineris aũt ꝙ quæcũq; aĩalia in multa iudicari poſſunt, ea in oĩa iſta iudicãt, uelut pardalis, et magnanimũ ſignificat ob mores, et uariũ ob colorẽ.

Similiter & perdix, formoſum & uerſutũ ac ſceleſtum. Et in uniuerſum quum habeas exempla & de his, & de aliJs quæ nõ ſunt hic cõnumerata, in primis libris, inde ratiocinationem facito. Inſuper uero & hoc conſidera. Quæcunq; animalia diJs dicata ſunt, illos ipſos deos ſignificãt. In communi autem omnia manſueta & nobis familiariter connutrita, ad familiares refer, agreſtia uero ad inimicos, aut ad morbum, aut tempus iniucundum, & improſperum rerum ſucceſſum. Quemadmodum enim feræ homines lædũt, ſic etiã inimici, & morbi, & improſperi ſucceſſus. Manſueta quidem igitur animalia habere, bonum eſt, itemq; ſana uidere, & à nobis ipſis teneri, & ab inimicis, & à feris. Verũ agreſtia, etiã moriẽtia, & nõ capta à nobis, bona fuerint, item ſi à noſtris & familiaribus nobis animalibus teneantur. Si uero ab hoſtibus teneantur, aut ſuperiora uidentibus fiant, aut mala aliqua diſpoſitione affecta ſint, abſurda utiq; fuerint, et ſiniſtra omnia.

De arboribus

De arboribus & plantis Cap. LVIIII

D E arboribus porrò & plãtis ſpecia-
tim in ſermone de agricultura libro
ſecundo tractatum eſt. Memineris
autem quod arbor eandem cum fructibus rationem habet, & cum dijs quibus unaquæque ſacrata eſt. In communi autem omnes frugiferæ ſylueſtribus ſunt meliores, & ex frugiferis quæ folia non amittunt, excepta olea & lauro. Harum aũt alteram, oleam ſcilicet, in ægrotantibus mortiferam eſſe obſeruatum eſt, & ipſam, & fructus eius, et folia. Laurus uero ſalutaris eſt. Et ualde quidẽ ueriſimiliter hoc cõtingit. Nam cum mortuis oleas ſimul efferunt. Nequaquam uero laurum. Infructuoſæ arbores ſunt peiores, exceptis his qui ex ipſis, aut per ipſas quæſtum faciunt. Et an noſæ quidẽ, in præfinitis temporibus dilationis ſigna ſunt. In morbis aũt, ſalutares ſunt. Reliquos euentus tardius inducunt. Similiter etiam quæ tarde naſcuntur & augeſcunt. Contrariæ his contrariorum ſignificationem habent. Spinæ porrò & pali, & paliuri, & rubi, & glandes, ad ſecuritatem quidẽ omnia commoda exiſtunt,

propterea quod ſepes inde fiant, & regiones includãtur. Verũ ad explicationes nõ ualde cõmoda ſunt, propter cohibendi facultatẽ. Publicanis aũt & cauponibus, & prædonibus, & libripendis, & hominibus fraudulentis, cõmodiora alijs ſunt, proptérea, quod uiolenter aliena inuadãt, et ab alijs etiã non uolentibus abſtrahant.

De uaſis & inſtrumentis Cap. LX

INſuper & à uaſis ac inſtrumentis, non ſolum artes, & quæſtum ex artibus accipere oportet, ſed etiam ipſos artifices, aut uaſis utentes. Velut, uiſus eſt ſibi quis frenum equi perdidiſſe, mortuus eſt ipſius equiſo. Rurſus, uiſus eſt ſibi quidam cyathum ipſius derepente fractum eſſe. Mortuus eſt ipſius pincerna. Eadẽ ratio à te in omnibus uaſis ac inſtrumentis ſeruetur. Amplius autem quæcunque nullatenus poſſibile eſt perdere, ea ſi in ſomnis perdantur, mortẽ ei qui ſomniũ uidit, aut oculorũ detrimentũ pręſagit. Velut, uiſus eſt ſibi quis mundũ perdidiſſe, & mortuus eſt. Queẽadmodũ eñ perditis nemo uti poteſt, ſic etiã hæc quibus quis non utitur, quantum ad ſe pertinet, perdidit.

De mori-

De moribus humanis
Cap. LXI

Quin & hominum mores prius diligenter explora, hoc eſt curioſe percunctare, & ſi non tutum ſit ab ipſis percunctari, dilatione in præſens facta, ab alio interroga quomodo hac parte ſe habeant, ut ne aberres. Velut, uiſus eſt ſibi q̃s ab uxore ſua fellari, & per multũ tempus nihil euenit ipſis eorum qui in tali uiſione ſignificãtur, quæ ſanè alijs hominibus euenire ſolent. Quum autem non eſſet manifeſta cauſa, mirabar, & mihi præter rationem eſſe uidebatur, nihil ipſis euenire. Poſtea autem tẽporis progreſſu didici, quod ſanè utriſq; mos eſſet id facere, & ora non pura habere, quapropter et meritò nihil ipſis euenit, uerum ad quæ pauidi et conſternati erant, ea uidebant. Cuius exemplum habes eos qui ſibi uidentur furari, occidere, ſacrilegium facere, et ſimilia. Sæpe enim hæc ipſis animo obuerſantur. Et ſi quis hæc uelut ænigmata aliquid futuri ſignificantia aggrediatur, errat et decipit᷑ circa artes. Inhibebis aũt et eos q̃ putãt, quod ſomnia ſecundũ uniuſcuiuſq; natiuitatem

& bona & mala uidentur. Dicunt enim ſtellas benignas, quũ non poſſint bonum aliquod facere, per ſomnia tamen lætifi-cant & exhilarant. Malignas contra ſtel-las, quum non poſſint mali quid facere, propter aliarũ ſtellarum reluctationem, per ſomnia ſanè conturbant & perterrefa-ciunt. Etenim ſi hoc uerum eſſet, ſomnia euentum non haberent. Nunc uero & bo-na & mala ſomnia eueniũt, unumquodq; ſecundum propriam rationem. Et ſomnia eruditiora idiotæ homines nequaquam ui-dent: de his dico qui indocti ſunt idiotæ: ſed quicunq; doctrinam & philologiam amant, & qui non ſunt ineruditi. Vnde quis uel maxime diſcere poteſt, Quod i-pſius animæ opera ſunt ſomnia, & non ab aliquo externo fiunt. Porrò ex uerſibus, aut iambis, aut epigrammatis, aut aliis ſer-monibus in ſomnis oblatis, quæcunq; per-fectam ſententiam exhibent, ea ipſa euen-tum exhibent. Velut, uiſus eſt ſibi quis, quendam fidedignum ipſi dicere Heſio-dicum carmen hoc,

Ne male lucreris, mala lucra æqua-lia damnis.

Hic

Hic ſanè prędationibus deditus, captus ac punitus eſt. Quędam uero ad poematis argumentum remittunt ſui iudicationē, quę cunq; ſcilicet non perfectā ſententiam exhibent. Velut, uiſa eſt ſibi ſerua quædā, dominā ipſi dicere Euripidis iambicū hunc.

Aſſas edas carnes meas, te te expleas.

Hæc æmulatione ob zelotypiā à domina infeſtata, infinita mala pertulit. Veriſimile enim erat euentus ipſi cōſimiles ſucceſſuros argumēto Andromaches, quod ab Euripide tractatur. Rurſus uir pauper uiſus eſt ſibi, quempiā hunc iambicū dicere.

Venere cūcta pręter ſpem primū ſemel.

Theſaurum reperit & ditatus eſt. Mulier quædam uiſa eſt ſibi dicere quendam.

Patroclus iacet, at nudata & mortua propter
Corpora decertant, Hector fert ſplendidus arma.

Huius uir apud exteros pegrin⁹ mortuus eſt, & bonis ipſius in fiſcū relatis in cōtentionem uenit, & litib: diuexata nihil tamen profecit, ſed dū adhuc litigaret mortua eſt. Vides ꝙ ex his aliqua qdē euentū abūde exhibuerūt, nihil opus habentia poematū argumentis. alia uero iuxta hiſtorias poematum euenerūt.

De ciuitatibus. Cap. LXII

i

Nſuper & ex urbibus præſtat familiariores uidere, quàm alias. uelut patrias, aut in quibus quis feliciter uixit. Peregrinas autem & non familiares aut non cõſuetas uidere, minus bonum eſt. Simul uero omnes bonũ eſt uidere uiris refertas, & probe habitatas, & ciuibus plenas, & alijs rebus afluẽtes, ex quibus urbis magnitudo aut felicitas oſtenditur. Verum deſolatas aut confractas uidere urbes non eſt bonũ, ſiue familiares ſint, ſiue peregrinæ. Significant autem patriæ etiã parentes. Velut, uiſus eſt ſibi quis patriam terræmotu corruere. & pater ipſius morti adiudicatus perijt.

Quæ in ſomnis uiſa eueniãt. Cap. LXIII

q

Væcunq; cõſequunt̃ interdiu ad quædã in ſomnis uiſa, ea ipſa eueniunt. Maxime uero adulterarẽ, inimicitiã aduerſus uirum cõſtupratæ ipſi ſomnianti inducit. Sequitur enim odium adulteri ex marito adulteræ ſiue cõſtupratæ. Quæcunq; uero non cõſequuntur interdiu, ea ipſa neq; in ſomnis prima uiſione eueniunt. Velut, uiſus eſt ſibi quis, dominum

minũ ſuũ proſtituere & acclinare ipſi pro priam uxorẽ, et inimicitia penitus nulla in ter ipſum & dominũ oborta eſt. Verũ & pecunias & oĩa bona heri ſibi cõmiſſa diſ/ pẽſauit, & uniuerſæ domui præfectus eſt. Veriſimile eñ erat nullã fore æmulationẽ aduerſus eum, qui propriã uxorẽ ſuã ipſi proſtituiſſet.

De uaſis lactis. Ca. LXIIII

In ſuper quædam circa uaſa diuerſimode eueniũt, uelut lac in mulctra, quæſtuoſũ eſt, in pelui uero, dãni ſignũ. Neq; eñ utatur ipſo quiſpiã in cibo. Contrariũ aũt eſt, eo quod ad uſum paratũ eſt nõ uti, atq; inde damnũ oritur.

Non eſſe magna ænigmata ſomnijs ammiſcenda Cap. LXV

Eos porrò qui magna ænigmata ſomnijs applicant perſpuito & reijcito, tanq̃ non habẽtes intellectũ aut ſomnij imaginationẽ, aut tanq̃ dij uerſutias & malignitatem non reprobent & damnent, ſi ſanè in tantas nugas conijciant eos q ſomnia uidẽt, q̃ pro eo quod futura per ſomnia diſcant; inſuper etiam nõ quæ ſunt ipſis neceſſaria quærũt. Satis enim noſti, quod aliqua ſomnia nequaq̃ poſſibile eſt uidere, Quale eſt huiuſmodi q dicunt,

Quidam perdiderat ſeruũ, & uiſus eſt ſibi quendã ipſi dicere. In expeditionis immu/nibus eſt ſeruus tuus, inuentus eſt in The/bis ſeruus, quoniam ſoli Bœoticorũ The/bani ad Ilium non militauerunt. Et rurſus dicunt quod ægrotans quis uiſus eſt ſibi, quendã ipſi dicere: Monocrepidi, hoc eſt unam crepidam habenti ſacrificato, & cu-raberis. ſacrificauit is Mercurio, aiunt em̃ hũc deum, Perſeo ad Gorgonis caput am/putandum abeunte, alterũ tantum calcia/mentum habuiſſe. multa aũt etiam alia hu iuſmodi referũt, quæ magis hiſtoriæ inex pertes, & quibus res ipſa peregrina eſt, re/darguere uidentur, q̃ ipſos ſomniorum in terpretes. Omnia uero eiuſmodi facile eſt uolenti tibi diſcere, q̃ de his probe reſpon dere poſſis. Sunt enim & apud Lycophro nem in Alexãdra, & apud Heraclidẽ pon ticum in fabulamentis, & apud Partheniũ in Elogiis, & apud alios multos hiſtoriæ peregrinæ & non uulgares.

De beneficijs aut factis poſſibilibus. Cap. LXVI

Animaduerſionem præterea habe et beneficiorũ aut factorum, quæ ab ali quibus

quibus fieri poſſunt, aut nõ. Viſus eſt ſibi quis ab hero occiſus eſſe, ab occiſore manumiſſus eſt. quoniam mors hoc ſignificabat. qui uero mortis, idem etiam libertatis autor erat. poterat em̃ hoc. Qui uero à conſeruo uiſus eſt ſibi occidi, liber quidem nõ euaſit, neq; em̃ potẽs erat cõſeruus ipſum manumittere. in inimicitiã aũt cũ ipſo deuenit. Non enim ſunt amici occiſores his qui occiduntur.

An poſſibile ſit eodem tempore bona et mala ſomnia uidere. Ca. LXVII

Porrò ad eos q interrogãt an poſſibile ſit eodem tempore bona & mala ſomnia uidere, & utris fidẽ habere oporteat quærunt, malis'ne an bonis, & num altera altera tollant, aut confirment, dicere potes, Nõ modo eodem tempore, uerum etiam eadem nocte, et eodem ſomnio, & bonum et malum poſſibile eſſe ſæpe uidere. & appones ſomnia quę multa per pauca ſignificãt, aut multa per multa. atq; nihil ſanè miri eſt, ſi unicuiq; homini & negocia, & uita, talia exiſtunt. Sæpe enim eodem tempore, & bonũ & malum quippiam patiuntur, faciuntq;, & uiciſſim

& ſi-

& ſimul. Ne credas aũt his quæ euenerũt, tanq̃ rurſus ſimiliter euenturis. Exiſtimato uero aliquid recens ipſa tibi portẽdere, & ſic tibi eueniet. Nec ſolis ueterib. euentibus acquieſcas, ſed etiã ſemper q̃d priori bus ſimile adinuenire coneris. quoniam ridiculum plane fit, uulgi more ſola ea quæ ſcripta aut dicta ſunt in memoriã reuocare. quale q̃d aliquãdo Antipatro ſomniorum interpreti contigit. Viſus eſt ſibi quidam cum ferro coire, uelut cum muliere. Cõtigitq; ipſum in ſeruitutẽ adiudicari ac damnari, & ſemper cum ferro conuerſari. Verũ bonus Antipater hoc ſomniũ in memoriam reuocãs, alteri cuidã ſibi uiſo cum ferro coire, interpretat⁹ eſt damnationem in gladiatoriũ duellum. Hoc autem nõ ſic euenit, ſed qui ſomniũ uidit uirilibus priuatus & exectus eſt.

De ponte. LXVIII

IN ſup & hoc apud Phœbũ relatũ, multos in errorẽ inducit. Viſus eſt ſibi q̃s pons factus eſſe, & factus eſt fluminis trãſmiſſor, idẽ enim opus cũ ponte habebat. atq; hoc ſolũ Phœbus ipſe perſcribit. Nũc uero diues quidã uir uiſus eſt ſibi pons factus eſſe, & à populi multitudi ne con-

ne cōtemptus, uelut pons cōculcatus eſt. Viderunt aūt aliquando hoc ſomnium & mulier, & puer formoſus, & in ſcortationem collapſi, multos ſuſcipient ac trāſmittent. Quin & litigās quiſpiā ob ſomniū ſuperior inimicis ſuis euadet, atq; ipſo etiā iudice, ſimile enim flumen iudici, propterea quod impune quæ uult facit. Pons aūt ſuperne ſupra fluuium exiſtit.

De exercitatione excogitandi ſimilia. Cap. LXVIIII

Aeterum ad exercitationē excogitandi ſimilia, ſufficiēs fuerit tibi hoc propoſitū ſomnium. Mulier uterū ferēs uiſa eſt ſibi, draconem genuiſſe. Qui ex ipſa natus eſt rhetor optim9 & celebris euaſit. Duplicem enim linguam draco habet, quemadmodū & rhetor. Erat autē & opulenta mulier. Viaticum enim eruditionis ſunt diuitiæ. Alia idem ſomnium uidit, & qui ex ipſa natus eſt, ſacerdos factus eſt. Sacer enim eſt draco, & myſtes, et omnibus myſterijs prǽſens aderat, nam & ipſa quæ ſomniū uidit ſacerdotis uxor erat. Alia idem ſomnium uidit, & qui ex ipſa natus eſt, uates optimus factus eſt.

Eſt enim

Eſt enim draco ſacer, uatidiciſſimo deorũ Apollini dicatus. Erat autẽ & ipſa mulier Vatis filia. Alia idem ſomniũ uidit, & q ex ipſa natus eſt, ſceleſtus & legum uiolator euaſit, & multas in urbe fœminas conſtuprauit. Per anguſtiſſimos em̃ & remotos receſſus ſubiens draco, obſeruantes ipſum latere conat̃. Erat aũt & mulier adultera & ſcortatrix. Alia idem ſomniũ uidit, & q ex ipſa natus eſt, latrocinij reus ac damnatus, capite plexus eſt. Etenim draco ubi captus fuerit, in caput percuſſus moritur. Erat aũt & mulier non ualde probatæ uitæ. Alia idem ſomnium uidit, & qui ex ipſa natus eſt, fugitiuus euaſit, nõ enim recto greſſu utitur draco. Erat aũt & mulier ſerua. Alia idem ſomnium uidit, & qui ex ipſa natus eſt, paralyticus ac membris reſolutus factus eſt, etenim draco toto corpore ad gradiendum utitur, quemadmodum etiam homines paralyſi reſoluti. Erat autem & mulier ut ſomnium uidit in morbo. Veriſimile erat igitur & infantem in morbo conceptum, ac utero geſtatũ, non conſeruaturum eſſe ſanum greſſum.

De his

De his quæ ſimiliter mouentur. Cap. LXX

q Væcunq; ſimiliter mouentur, in ſomnis uiſa eandem rationem habent. Velut, uiſus eſt ſibi q̃s à dracone in alterum pedem cõmorſus eſſe, & à rota ꝑcuſſus eſt in uia in eundem pedem, quem cõmorſum ſibi per ſomnium putabat. Etenim rota dum uoluitur toto corpore mouetur, quemadmodũ gradit̃ draco.

Quod dei cum dominis eandem rationem habent. Cap. LXXI

q Vod dei dominis eandem rationem habent, etiam in ſermone de dijs prædiximus, & euentus nihilominus te docebunt. & nunc eius rei demonſtrandę gratia, ſimile ſomniũ tibi proponatur. Seruus quidã uiſus eſt ſibi cum Ioue pila ludere; & cum domino in contentionem peruenit, & liberius eum alloquẽs odio habitus eſt. Iupiter enim dominum ſignificabat, pilæ luſus, ex æquo collatum ſermonẽ & contentionem. Contentioſe enim ludunt q pila ludunt. Quoties enim acceperint pilã toties repellũt. Et in uniuerſum domini, parẽtes, præceptores,

dij,eandem ratione habent. Et filius,& nepos, & pater,& auus, & filia,& neptis, & mater,& auia,eandem rationem habent.

Quod fratres pro hoſtibus iudicantur. Cap. LXXII

In ſuper & fratres cũ hoſtib. eandem rationem habent,quod ad euentus attinet, & uiciſſim hoſtes cum fratribus. Non enim in utilitatem naſcuntur,ſed in detrimentũ, quemadmodũ etiam hoſtes. quoniã quæ quis ſolus habiturus erat, ea non ſolus, ſed ex medietate, aut tertia parte, unà cum fratribus habet. Timocrates uiſus eſt ſibi,quendã fratrum ſuorum mortuũ ſepelire,& non ita diu poſtea quendã hoſtem mortuum uidit. Non ſolum aũt inimicorũ perniciẽ fratres morientes ſignificant, ſed etiam damni expectati ſolutionẽ. Diocles grãmaticus timẽs argenti perditionẽ ex inexperientia,fratrẽ mortuũ eſſe ſibi uiſus eſt,& ĩdẽnis pmãſit.

Quod uera ſint quę dij dicunt. Cap. LXXIII

Qvod neq; dij, neq; alij fide digni mentiãtur,ſed quęcunq; dixerint uera dicant, in ſecũdo libro ſingulatim tractatũ eſt. Quandoquidẽ uero ho-

mines,quibuſdã ipſis dictis, et nõ euenientibus, deceptos ſe eſſe putãt, retractabitur tibi & hic ſermo. Qđ ſanè dŋ fide dignicꝫ oẽs,omnia quidẽ uera dicunt, ſed aliquando ſimpliciter loquũtur,aliquando per ænigmata inſinuant.Quum igitur ſimpliciter dixerint,nullum negociũ exhibẽt,necꝫ nugãtur, propter dictionis ſimplicitatem. Vbi uero per ænigmata loquũtur, & non ſimpliciter dixerint, ænigmata ſunt interpretanda.Etenim ueriſimile eſt deos multa ꝑ uerborũ inuolucra dicere.quãdoquidem et ſapientiores nobis ipſis exiſtentes, nihil uolũt nos abſcꝫ tortura aſſeq ac condiſcere. Velut,uiſus eſt ſibi quis Pana ipſi dicere,uxor tua uenenũ tibi dabit, ꝑ quendam notũ & familiarẽ. Huius uxor uenenum quidẽ non dedit,uerũ ꝑ adulteriũ ab illo ipſo cõſtuprata eſt, ꝑ quẽ dixerat Pan ipſam uenenũ exhibiturã eſſe. Nã & ueneni exhibitio,& adulteriũ, clandeſtine fiũt, & ambo inſidiæ uocãtur.& necꝫ adultera, necꝫ uenefica, amant uiros. Inſupcꝫ nõ ita longe poſtea uxor ipſi morte adempta eſt. Omnia enim mors ipſa diſſoluit. Venenũ aũt eandem cum morte rationem habet.

De dijs improprium habitũ haben-
tibus. Cap. LXXIIII

In ſuper & dij ubi proprium habitum nõ habuerint, neq; in loco iuſto, neq; in figura conuenienti fuerint, quicquid ſanè dixerint mendacia dicunt & decipiũt. Quare omniũ ſimul animaduerſionem habere oportet, dicẽtis, dicti, loci, figuræ & habitus dicentis. Chryſampelus Lyriſta cauſam habens ſup puero in ſeruitutem acto, uiſus eſt ſibi, uidere Pana in foro deſidentem, Rhomanam ueſtem & calciatũ habentem, & percunctãti ipſi de negocio dicere, uinces: cauſam perdidit & ſuperatus eſt. & meritò certe hoc ipſi ſic euenit. Etenim deus deſerti amator & negocijs nullis impeditus, & ſolam hinuli pellem habens, & fuſtem ligneum, & fiſtulam, in foro in ueſte ciuili ſedebat. Ad eundẽ igitur modũ etiam iudicationes ſomniorũ in ſomnis obuenientes, ſi quidem ſimplices fuerint & non ænigmate inuolutæ, per ſe iudicãdas eſſe putabis, & ipſas iudicationes in ſeipſis habere, neque temere conaberis dicere in ea quæ p ſomniũ ſunt iudicata. Quũ uero ipſæ iudicatiões ab ali-

quibus

quibus in ſomnis factæ, nõ fuerint ſimpli-
ces, tentabis etiã ipſas iudicationes inter-
pretari et diiudicare. Velut, Plutarchus in
cœlũ aſcendere duce Mercurio ſibi uide-
batur. & ſequenti nocte per ſomniũ inter-
pretatus eſt ipſi quis ſomniũ, & dixit, feli-
cem ipſũ fore. atq; hoc eſſe, in cœlũ ipſum
aſcendere, ſupexcellentẽ uidelicet felicita-
tem. Aegrotabat aũt Plutarchus, & à mor
bo male afficiebat, et nõ longe poſtea mor
tuus eſt, atq; hoc erat quod & ſomniũ, &
interpretatio ipſi ſignificabat. Etẽm aſcen
ſus in cœlũ, ægrotanti interitus, & magna
felicitas, mortis ſignũ eſt. Solus eñ is felix
eſt, qui nullius incõmodi aut infelicitatis
particeps eſt. talis aũt eſt uita defunctus.

De diis inter ſe inimicis. Cap. LXXV

Ii qui inimici inter ſe eſſe credunt, ſi
d mul conſpecti inimicitiæ & ſeditio-
nis ſunt ſignificatiui. Velut Mars
& Vulcanus ſimul uiſi, & Neptunus ac
Minerua, & Iupiter ac Saturnus. Et olym
pii dii ſimul cum gigantibus conſpecti.

De diis & artibus. Cap. LXXVI

Quicũq; dii artibus uidentiũ conue-
niunt, eos uidere pręſtat q̃ cõtrarios.

Mali enim ſunt qui artibus non opitulan-
tur, uelut adaquatoribus Vulcanus, & fa
bris ferrarijs Achelous, et lenonib. Diana.

De dijs maribus & fœminis.
Cap. LXXVII

q Væcunque maſculi dij uiris ſignifi
cant, eadem etiã deæ fœminæ fœ
minis. Maſculi dij uiris magis ꝙ
fœminis conducunt, & fœminæ deæ mu-
lieribus ꝙ uiris. Maſculi dij fœminino-
rum ueſtitũ aut indumenta habentes, aut
alia quędã geſtamina, mulieribus magis q̃
uiris cõferunt. fœminæ deę habitũ indutæ
uirilem, uiris magis q̃ fœminis cõducunt.

De dijs nudis. Cap. LXXVIII

Dij abſq; armis & donarijs conſpe-
cti, mali ſunt.

De dijs ſenſibilibus & ſenioribus.
Cap. LXXIX

n Vllus ſenſibiliũ deorum ulli pau
peri cõducit. Et maiores dij, ac ſe-
niores, & ordine prælati, præſtantioribus
magis q̃ uilioribus conferũt. Sol ſimul cũ
aſtris cõſpectꝰ, iniucũdus eſt & abſurdus,
niſi imperet aſtris ipſaq; præcedat. Verũ
circũuentus ab aſtris, ab inferioribus ma-
le affe-

le affectum iri ſomniantē prædicit. Impe/
rans aũt aſtris ipſaq́ꝫ præcedēs, inimicis ſu
periorem fore ſignificat, & præſentē for/
tunam corroborat, & ad præſentia bona
etiam alia acquiſiturum eſſe ſignificat. Si/
mile eſt enim maius & potētius, uidenti ſo
mnium. Minora uero & inferiora, inimi/
cis & ſubditis.

De heroibus. LXXX

h Eroes et heroides eandē cum dijs
rationem habent. præterq́ꝫ quan/
tum potētia inferiores ſunt. Nam
& bona & mala minora ſignificant. Sem/
per autē humiles et ſubtriſtes ac parui con
ſpecti, heroes ſignificāt prope uidentis do
mum locatos, aut nōdum conſecratos, aut
conſecrationem & feſtiuitatem petentes,
aut à quibuſdā cōtumelia affectos, aut ſub
terra adhuc ſepultos. Oportet igitur ipſos
perquirere, ac inuentos conſecrare & co/
lere. Quodcunq́ꝫ uero malum fecerint he/
roes in domum ingreſſi, inimicorum
aut latronum incurſum ac ir
ruptionem ſigni/
ficant.

De draconibus transformatis.
Cap. LXXXI

Racones ĩ uiros trãsformati, heroas
d ſignificãt, in mulieres uero heroidas.

De originationibus nominum.
Cap. LXXXII

Vod multa ſomnia etiã ex nomi-
q num originationibus & etymolo
giis iudicanda ſint, hinc condiſce
re licet. Menecrates grammaticus ſomni-
um huiuſmodi retulit. Quidã filios ſibi na
ſci cupiens, uiſus eſt ſibi occurrere debito-
ri, & debitũ accipere, & debitori apochen
& receptæ debitæ pecuniæ teſtimoniũ da
re. atq; ſomnium quidem ſic habebat. Nar
rat aũt quod, quũ ſomniorũ interpretes in
Alexãdria ipſum iudicare nõ poſſent, du
bius homo qd'nã ſomniũ ſignificaret, ſup
plicauerit Serapidi, ut ipſi ænigma inter-
pretaret. Et ſane uiſus eſt ſibi, Serapin ipſi
dicere, nõ erunt tibi filii, q em̃ apochen ex
hibuit, uſurã non accipit. Appellat̃ aũt gręcis omĩs partus ac prognatus filius τόκος,
qua uoce etiã uſura ſignificat̃. Memineris
aũt ꝙ gratioſorũ nominũ inconſtãtes ſunt
ſucceſſus & etymologiæ, ſi nõ etiã ea qbus
impo-

impoſita ſunt nomina, in idē uergāt. Qua/re non nominis ſolum etymologiam, ſed eius qui in ſomnis nominatur actum ac ſtatum etiam reſpicere oportet. Velut, Paulus Iuriſperitus litem habens coram Imperatore, uiſus eſt ſibi, Niconem quēdam, hoc eſt uictorem appellatum, ipſi adeſſe ac patrocinari. Erat autē Nicon olim coram Imperatore in cauſa quadam condemnatus. Et Paulus quidem nominis ſolum animaduerſionem habuit. Verum ſomnium ipſi condemnationis ſignificatiuum erat, recte & iuxta rationē, quia erat etiam Nicon uictus ac condemnatus.

De mortuorum cœnis ac epulis funebribus Cap. LXXXIII

Quæ in mortuorum cœnis funebribusq; epulis, quibuſdam apponuntur, neq; uidere, neq; comedere bonum eſt, neq; etiam epulum funebre apponere. Aegrotanti enim mortem præſagit; ſanis uero alicuius familiaris interitū prædicit. Syrus uiſus eſt ſibi, funebre epulum hero apponere, & non ita longe poſt dominum ſepeliuit. Quemadmodum & qui à patrono rurſus liberatus ac manumiſſus,

ſibi in ſomnis uidebatur, patronum per mortem amiſit.

De reuiuiſcendo Cap. LXXXIIII

QVin & in his qui ſibi mori uidētur, conſiderare oportet, an'ne reuiuiſcere aliquis ſe putet. Non enim amplius ea quæ per mortem ſignificãtur eueniunt. Leonas Syrus luctator decertaturus Rhomæ certamen, uiſus eſt ſibi mortuus eſſe & efferri, uerum aliptã quendam ſiue unctorẽ obuiam ipſi factum, indignari aduerſus efferentes, quod confeſtim & nimis feſtinabunde ipſum efferrent, poſſe em̃ ipſum reuiuiſcere, Deinde ubi oleo calido ac lanis ipſum circa pectus illeuiſſet, rurſus uiuentem ipſum feciſſe. Hic feliciter decertauit, & illuſtrem luctam perfecit. Iamiam uero coronandus, prohibitus eſt ab Alipta, proponente ac obijciente coronæ lucellum, accepto enim argento non permiſit ipſum pro corona luctantem decertare. Menãder Smyrnæus ad olympia proficiſcens uiſus eſt ſibi, in ſtadio in olympijs ſepultus eſſe, & olympij certaminis uictor euaſit. Quæcunq; mortuo dicantur, ea neq; dare mortuo, neq; accipere

à mortuo

à mortuo bonum eſt. Aut enim ipſi qui ſomnium uidit, aut alicui ex cognatis eius, mortẽ prædicit. Accipere autem omnia & ſimul & ſingulatim à mortuo, cõducit, maxime cibos, & argentũ, & ueſtes, & uaſa.

De malis & bonis in corpore
Cap. LXXXV

Quæcunque mala ac bona circa corpus, non tota, ſed ex dimidio uidentur, & bona & mala minora faciũt. Velut, Diognoſtę uxor uiſa eſt ſibi, in dextra ſolum gena barbam habere, & quum ſignificet ſomnium omnibus mulieribus non innuptis, neq; liberis carentibus, inſuperq; non geſtãtibus uterũ, uiduitatẽ, cõtigit ut ipſa neq; cũ uiro eſſet, neq; tamẽ ipſo ſpoliata eſſet, ſed multo tẽpore domũ aſſeruaret relicta in patria, uiro apud externos populos peregrinãte. Nihil aũt refert, ſiue mulier barbam habere ſibi uideatur, ſiue uiri pudenda, ſiue ueſtitum, aut tonſuram, aut aliud quid uirile habere ſibi uideatur, eadem enim eueniẽt. Similiter & in uiris. Nihil enim refert, ſiue totum corpus in mulierem tranſmutatum eſſe ſibi uideantur, ſiue ſolam muliebrẽ naturam habere, ſiue

ſiue ueſtitum, aut calciatum, aut implica-
menta muliebria. Hæc enim euenient, non
ſimiliter ſemiperfectis operibus, nec ſom-
nio Cilicis, qui ſibi uidebatur ouem tonde
re uſque ad medietatem. Porrò euentuum
ſummam & caput inuenire tibi curæ ſit,
& conſequentes acceſſiones conare quidē
inuenire, uerum ſucceſſu deſtitutus ne do-
leas, neq; triſteris. Syrus ſomnium propo-
ſuit contentioſi euentus. Somnium autem
huiuſmodi erat. Mulier uterum gerens, ui
ſa eſt ſibi anſerem peperiſſe, iudicatum eſt,
ſi quidem ſacerdotis uxor fuerit, partus ui
uet. Sacri enim ſunt anſeres, & in templis
diuerſantur. Si uero non, ſi quidem puella
fuerit, uicturam quidem, ſed meretritiam
uitam inſtituturam eſſe, propter eximiam
anſerum pulchritudinem: ſi uero maſcu-
lus, non uicturum eſſe, quia anſer ſolidos
& planos pedes, homo uero fiſſos, Quæ
uero nō eiuſdem generis, aut eiuſdem ſpe-
ciei ſunt, ea contraria ad filiorum educatio
nem exiſtunt. Alius dixit, maſculum geni-
tum in aqua periturum eſſe. Si quidem igi
tur non penitus & omnino anſer in aqua
eſſet, ſed ſolum ipſi immoreretur, & non
infinitæ

infinitæ eſſent ipſi mortes, meritò repræhenderetur ſomnij interpres, quod non dixit puerum in aqua moriturum eſſe. Si uero oportebat quidẽ breuis uitæ ipſum naſci, coincidit autem ipſi, quod in aqua periturus eſſet, ſufficiens & ex abundanti hæc iudicatio erat. Etenim non diſcernere utrũ mas an fœmina in lucem proditus eſſet, rationabiliter contigit, poſſibile eſt enim & maſculum & fœminam anſerem eſſe.

Quanto tempore ſomnia eueniant Cap. LXXXVI

C Aeterum his qui interrogant quanto tempore ſomnia eueniunt, meritò ſic reſpondebis. Quæcunq; in definitis temporibus fiunt ex rebus quæ exiſtũt, ea etiam in ſomnis uiſa, in iiſdem temporibus eueniunt, uelut certamina, & conuentus, & magiſtratus, & exercituum duces, & ſimilia. Quæcũq; uero ex rebus exiſtentibus, in indeterminatis & non fixis temporibus fiunt, indeterminate etiã eueniunt, uelut concubitus, & cibi, & excretiones, & præexcretiones, & his conferentia, exceptis animalibus. Hæc enim quanto tem

to tempore gignuntur, hoc eſt, quanto in utero geſtantur, tanto etiam eueniunt. Inſuper di, & reges, & parentes, & domini, non in determinatis temporibus eueniunt. Accipies autem moderatos euentus & tempora, ex adiacentibus ſingulis eorum quæ uidentur, aut ab ipſis expectationibus. Ridiculum enim fuerit ei qui de craſtino timet aut ſperat, & ſomnium uidit, in anni horas futura iudicare.

Amplius autem & quorum inuentio ad dies expoſita eſt, diebus eueniunt, quorum uero diuturnior, longiori tempore. Et quæ à longe uidentur, uelut quæ circa cœlum, propter diſtantiam ſerius eueniũt. Quin & hoc obſeruabis, Quod & bona & mala ſomnia, magnis quidem uiris aut mulieribus, magna & bona et mala inducunt. Mediocribus uero, mediocria, pauperibus et inopibus, penitus parua, et maxime bona ſomnia. Nam et hoc ueriſimilitudinem habet, quum hi etiam quodcunque obtigit arripiunt, boniq; conſulunt, et ualde lætantur. Recte itaque Callimachium hoc habet.

Semper enim paruis parua dedere dei.

Hæc

Hæc quidem igitur ô fili abunde ac mini/me defectuoſe habent, omnibus dubijs in arte interpretandi ſomnia ſolutis, atque ita ſupinis iacentibus ac facile cognobilibus tibi futuris. Noſti autē ꝙ non ſomniorum euentus tibi referre mihi propoſitum erat, ſed ſegregatim ad unamquamqꝫ quæſtio/nem ſolutiones contrahere ac congrega/re. Euentus autem ſingulorum exempli gratia ſunt adiecti. Porrò hiſtoriæ gra/tia, quo poſſis minori labore exercitatio/nibus uti, collectis quàm plurimis ſo/mnijs quomodo euenerunt, conabor tibi alium ad/huc librum fa/cere.

Finis quarti libri Artemidori Daldiani de ſomniorū interpretatione. Iano Cornario Medico Phyſico inter/prete.

ARTEMIDORI DALDIANI de ſomniorum euentibus liber quintus

Iano Cornario Medico Phyſico interprete.

Artemidorus Artemidoro filio gaudium.

n On immeritò fortaſſis ó fili de tarditate noſtra conquereris, ſi ob ſegnitiẽ admiſſa eſſet. Quando uero propoſitũ erat hiſtoriã ſomniorũ quę euenerunt tibi in unum coaceruare, difficile ſanè & operoſum id erat, quum propoſuiſſem ſaltem ea quæ perſcriptiõe digna eſſent ſomnia colligere. Nam uulgaria quidem & facile, & in breui tempore, quàm plurima perſcribere potuiſſem, Verum talia ex qualium relatione non ſolum quis nõ pudefiat, ſed etiam ſibi placere ac gloriari queat, nõ citra laborem ac temporis moram poſſibile eſt congregare, maxime ſi quis non ſupinã operam præſtare, ſed bona fide rem tractare uelit. Proinde & ad conuentus Græcię, & in Aſia, & rurſus in Italia, de induſtria digreſſus

digreſſus, & optima quæq; quantũ poſſibile fuit ſomnia adeptus, hunc librũ tibi poſt laborẽ mihi in præcedentibus libris exantlatũ, utiliſſimũ futurũ, tũ tibi ipſi, tũ ſi cui cõmunicare libuerit, exemplarem feci. Reperies aũt in ſingulis ſomnijs nudos euentus, uelut euenerunt, citra ſcenã & tragœdiam perſcriptos. Nihil enim aliud q̃ fidẽ ab experientia ſimulq; utilitatẽ colligere, conſiliũ fuit. Quapropter his quæ in omnia ab ijſdẽ poſſibile eſt euenire, ſecundum uidentiũ fortunas, & propoſita, ętatesq; ac alias circũſtantias, relictis, quãdoquidem primus quidẽ liber, & ſecundus, & tertius his maxime ſunt referti, quartus uero tibi in hoc dicatus, artificialẽ continẽs ſpeculationẽ, & intrepidã quæſitorũ interpretationem exacte abſolutus eſt, & tamen tibi amplius opus eſſe arbitratus exercitatione, qua tu teipſum exercere poſſes, quemadmodũ in fine quarti libri promiſi, nunc promiſſum meũ ratũ habẽs ac cõfirmãs, fidẽ meã libero, ac promiſſũ pręſto. Som. I

Viſus eſt ſibi quis, ad firmamentũ templi Neptuni, catena alligatus eſſe. Factus eſt ſacerdos Neptuni, oportebat enim

F ipſum

ipſum inſeparabilē ſacerdotē eſſe. II

Viſus eſt ſibi quis, propriā uxorē pro/ductā uelut uictimā mactare, & carnes cō/ciſas uendere, & quæſtū ualde magnū face/re, Inſuper uero gaudere ſibi uidebatur, & collectā ex diuendita carne pecuniā occul/tare conari, ut circūſtātem inuidiā uitaret. Hic uxorē ſuā produxit ac turpiter proſti/tuit, & erat quidē factū ipſum utile ad quę/ſtum, dignū aūt quod occultaretur. III

Viſus eſt ſibi quis, in gymnaſium quod in patria ipſius erat ingreſſus, uidere ima/ginem ſuam, quæ ſanè inerat iſthic ſuſpen/ſa. Deinde uidebatur ipſi tota compages externa imaginis diſſolutá eſſe: percun/ctāti autem cuidam quid circa imaginem accidiſſet, reſpondere ſe putabat, Imago quidem mea integra manet, compages ue/ro ſoluta eſt. Claudus factus eſt utrunqꝫ pe/dem, Meritò, Gymnaſium enim ſignum erat bonę habitudinis totius domꝰ. Imago uero ea quæ circa faciem ſunt ſignificabat. Externa autem compages, reliqua corpo/ris membra erant. IIII

Viſus eſt ſibi quis, culum ſuū thure ex/tergere, impietatis dānatus eſt. Nā id quo

deos

deos colimus, ille contumelia affecit, odor aũt indiciũ fuit, rem nõ fore occultã. V

Viſus eſt ſibi quis, contritũ liquidũ ſinapi bibere, lis ipſi intendebatur, & cędis accuſatus, dãnatus eſt ac capite plexus, Erat enim neq; cõſuetus, neq; omnino potabilis potus, & ſanè prius diiudicatus ab eo q̃ dici ſolet, Quis unq̃ ſinapi bibit? A iudice igitur ad mortẽ damnatus. VI

Viſus eſt ſibi quis, Xanthũ fluuiũ Troianæ regionis ſanguinẽ factũ eſſe, magnũ quidẽ & uix credibile id erat, ſed tamẽ ſic aliquãdo accidiſſe legimus. Sanguinem is per integrũ decennium reiectauit, non tamen mortuus eſt, quod & ueriſimile erat, quòd immortalis fluuius exiſtat. VII

Viſus eſt ſibi quis, in Nemea uirorum luctã decertare, & uincere et coronari. Lis erat ipſi de agro in quo maxima inerat palus, & ſanè uictor euaſit iuxta uiſionis rationem, propterea quod uictores in Nemea apio coronantur. VIII

Viſus eſt ſibi quis, in puluinari triticum pro tomento habere, Erat ipſi uxor quæ nunq̃ antea cõceperat, ea hoc ipſo anno grauida facta puerũ maſculũ peperit.

Nam puluinar uxorem parituram eſſe ſi-
gnificabat, triticũ uero maſculũ ſemẽ. IX

Quidam Aeſculapio gallũ ſe oblaturũ
eſſe uouit, ſi per annũ à morbis liber mane
ret. Deinde paucis diebus interiectis, rur-
ſus Aeſculapio uouit alterum adhuc gal-
lum, ſi non lippitudine uexaretur. Et ſanè
in noctem uiſus eſt ſibi, Aeſculapium ipſi
dicere, unus gallus mihi ſufficit. A morbis
igitur liber permanſit, ſed lippitudine for-
titer uexatus eſt. Vno enim uoto conten-
tus deus, alterum renuit. X

Viſus eſt ſibi quis iniuriarũ accuſatus,
literas ac libellos iuſtificationis ſuæ perdi-
diſſe, & ſequenti die lite intenta ab omni-
bus actionibus liberatus eſt, atq; hoc erat
quod ſomniũ ipſi ſignificabat. Nimirum
remiſſis actionibus, non amplius opus fo
re libellis iuſtificationis. XI

Viſus eſt ſibi quis, à luna lucernam ac-
cendere, cœcus factus eſt, unde enim im-
poſſibile erat accipere, inde lumen acci-
piebat. Et aliâs aiunt lunam proprium lu-
men non habere. XII

Viſa eſt ſibi fœmina quædam, in luna
tres proprias imagines uidere, peperit ter-
geminas

geminas puellas, quæ eo ipſo menſe perie-
runt. Erant em̃ imagines ipſæ puellę, unus
aũt cõtinebat ipſas circulus. Nã in una pel
licula ſecũda appellata aiũt medici conti-
neri infantes ac fœtus in utero materno.
Non uixerũt autem longiori tẽpore, pro-
pter lunam. XIII

Viſus eſt ſibi luctator quidã de iudicio ſolicitus, Aeſculapiũ iudicẽ eſſe, & profe-
ctus cum alijs adoleſcẽtibus, ante eductio-
nẽ luctatorũ ad certamẽ, à deo reprobatus
eſſe, & ſanè ante certamẽ mortuꝰ eſt. Deus
em̃ nõ certaminis, ſed magis uitę, iudex eſſe
credit̃. Meritò igit̃ ipſum eiecit. XIIII

Viſus eſt ſibi quis, in luna ſuã faciẽ uide
re, peregre profectus eſt in longinquas re-
giones, & plurimum tempus errabundus
apud exteros tranſegit. Perpetuus enim lu
næ motus, ipſum ſimiliter diuagaturum
eſſe indicabat. XV

Viſus eſt ſibi quis, ferreum pudendum
habere, natus eſt ipſi filius, à quo occiſus
eſt. Ferrum enim à rubigine, quæ ex ipſo
naſcitur, conſumitur. XVI

Viſus eſt ſibi quis nauclerus, in beatorũ
inſulis eſſe, ac inibi ab heroibus detineri, et

poſtea à ſuperueniente Agamemnone li/
berari. In coactã ſeruitutẽ illapſus, ab impe
ratorijs procuratoribus detẽtus eſt. Poſtea
cum rege colloquutus, è ſeruitute libera/
tus eſt. XVII

Viſus eſt ſibi quis à domo ſua peregre
profectus, clauem domus perdidiſſe, re/
uerſus reperit filiam corruptam, Quodam
modo enim dicebat ipſi ſomnium, res do/
mi non adeò in tuto eſſe. XVIII

Viſus eſt ſibi quis, ex capite ſuo oleam
enatã eſſe, fortiter philoſophię ſtudia ſecta
tus eſt, & doctrina ac exercitatione conſe/
quenter uſus. Semper uirens enim eſt plan
ta, & ſolida, & Mineruę dicata. Ipſa autem
dea ſapientia eſſe putatur. XIX

Viſus eſt ſibi quis, cũ ſole exoriri, & cũ
luna pariter currere, ſtrãgulatus eſt, atq; ſic
& ſol & luna exoriẽtes, uidebãt ipſum ſub
limem ac pendentem. XX

Viſus eſt ſibi quis, ſeruũ ſuum quẽ præ
alijs multi faciebat, facẽ factũ eſſe, eius ge/
neris quæ pharus appellatur. Cœcus fa/
ctus eſt, & à ſeruo manuducebatur, atque
hoc modo per illũ lucẽ uidebat. XXI

Viſus eſt ſibi qs, in tripodis circulo ma
gnum

gnũ mare pernauigare, iniuriarũ criminis accuſatus, cõuictus, & in inſulã relegatus eſt. Nã quod ipſum cõtinebat, alluebatur, & circulus figura inſulæ erat. XXII

Viſus eſt ſibi quis, propriũ filiũ excoriare, & utrẽ facere, poſtridie filius ipſius in fluuiũ illapſus ſuffocatus eſt. Eteñ à mortuis carnibus detractis corijs utres fiunt, quibus liquores excipi ſolent. XXIII

Viſus eſt ſibi quis, ſtellã e cœlo decidere, & aliã ſtellã à terra in cœlũ aſcẽdere. Is ſeruus cuiuſdã erat, deĩde dominus ipſius mortuus eſt. Arbitratus aũt ſe liberũ & ſine domino eſſe, filium reperit prioris heri, cui ſeruire cogebat. Stella itaq; cadẽs, moriturũ dominũ ſignificabat, Quæ uero in cœlũ aſcendebat, filiũ ſub cuius dominio rurſus ſeruiturus eſſet. XXIIII

Viſus eſt ſibi quis, in chœnicem aluum exonerare, coitus cum ſorore ſua manifeſtus factus ac dãnatus eſt. Eſt enim Chœnix menſura. Menſura aũt legi ſimilis eſt. Quodam igitur modo legem uiolabat, utpote qui præter leges toti græciæ communes faciebat. XXV

Viſus eſt ſibi q̃s, amicã ſuã uidere ĩ urna

teſtacea ardentē. Mortua eſt amica ipſius occiſa à publico ſeruo. Mortem enim merito ſignificabat mulieri, quod in fictili uaſe eſſet, à publico aũt ſeruo, qm̃ etiam urna publica eſt, & oībus ſubſeruiens. XXVI

Viſus eſt ſibi quis, nomen Serapidis æreæ laminæ inſcriptũ circũ collũ obligatũ, uelut lorum geſtare, Angina apprehenſus in ſeptem diebus mortuus eſt. Nam terreſtris deus eſſe putatus eſt, & eandem cum Plutone rationem habet, & nomen eius ſeptē literas habet, & iuxta quam partem lorum obligatum habebat, iuxta illam ægrotans mortuus eſt. XXVII

Viſus eſt ſibi quis, focum apud exteros ubi degebat, extruere, Mortuus eſt apud exteros ubi ædificauit focum. Erat enim ſignum totius diſſolutionis ac finis focus ipſe, quem apud exteros extruens finē habiturus erat. XXVIII

Viſus eſt ſibi quis apud exteros degēs, focũ extruere, & pro lapidibus proprios libros luto oblinere, & incruſtare, deinde mutato conſilio ſtructurã deieciſſe, & ab ędificando ceſſaſſe, ægrotauit morbo maligno, & ubi ad extremũ perueniſſet ſeruatus

uatus eſt. Horũ cauſſas manifeſtas exiſten tes ſupfluum puto adſcribere. XXIX

Viſus eſt ſibi quis, à muliere quam ex multo tempore nouerat, perſecutionẽ pati, quę geſtiebat ipſi penulas circũnectere, in medio ex cõmiſſuris ac ſuturis diſſolutas, & tandem inuitus coactus eſſe. Hunc amãs mulier ipſi inuito nupſit, & poſt paucos annos morte ipſi adempta eſt, propterea quod penulæ eſſent diſſolutæ. XXX

Viſa eſt ſibi quædam mulier ęgrotans, prægnans eſſe, iamq́; ex partu laborare, ac prope tempus pariendi eſſe. Inſuper uero mulierẽ quandam circa has res non inexpertam, attingere ipſam, ac dicere. Nunc quidem nõ pariet, uerum poſt menſes ſeptem, puerum edet pulchrũ ualde & amabilem. Decubuit morbo ualde periculoſo, unde non putabat qſpiã ipſam ſeruatũ iri. & ſanè nihil remittente morbo quo ſanitatem conſequeretur, poſt ſeptem dies mortua eſt. Meritò, depoſitura enim erat onus & curas poſt ſeptẽ menſes. Verũ pulcher puer, mors ipſa erat, quæ amabilior erat et præeligenda, propterea quod morbos & ęrumnas uitæ aufert. XXXI

Viſus eſt ſibi quidam non obſcurus, ſe/ ipſum inire, publicanus mercium ingen/ tium ad id calamitatis deuenit, ut p deſpe/ rationem, ob inopiã & æris alieni frequen tiam, ſeipſum uita priuaret. Meritò, ade/ rat enim ipſi tantus alterius corporis defe/ ctus, & ſumptuũ inopia per ſomnium, ut etiam appetentiam ab ipſis auerteret, aut quod nõ eſſet aliud corpus quo uti poſſet, aut quod neque coire poſſet, neque quod inſumeret haberet. XXXII

Viſus eſt ſibi quis, anulũ ſuum quo om nia obſignabat, eieciſſe, deinde quęrens, la pidem q in ipſo erat in multas partes com minutum reperiſſe, ita ut de cętero inutilis eſſet. annihilata ſunt ipſi omnia negocia, p quinq; & quinquaginta dies. XXXIII

Viſus eſt ſibi qs, ubi pſpexiſſet male o/ lentes circa podicẽ & umbilicũ locos, me- dicamẽtũ lethale ultro inuenire, ebibit igit̃ ſuſtinẽs infortuniũ fatorũq; neceſſitatem. Hic ob timorẽ ne neceſſarię & abſconditę ipſius partes olidæ fierẽt, pręter rationẽ et decorũ ſeipſum deſperãs dãnauit, & uſtu/ ram citius admiſit & interijt. XXXIIII

Viſus eſt ſibi quis, faces à foco domeſti co accendere nõ poſſe, & de cœlo accẽde/

re, crucifixus eſt, atque hoc modo ab igne cœleſti concalfactus eſt. XXXV

Viſus eſt ſibi quis ſororē habens diuitem ſimulq́ꝫ ægrotantē, ante ſororis domū ficum enatam eſſe, & decerptas ex ipſa ficus nigras ſeptē numero comedere. mortua eſt ſoror, hærede relicto eo qui ſomniū uidit, ubi ſeptem ſuperuixiſſet dies. Rationes ſunt euidentes. XXXVI

Viſus eſt ſibi quis, à duce exercitus ſuę urbis, & è domo eijci, & ex gymnaſio, hūc pater ædibus expulit. Quam enim rationem dux exercitus in urbe habet, eandem habet pater domi XXXVII

Viſa eſt ſibi quædam mulier, in dextra mãma oculū habere, ea filiū habebat unice dilectū, quem nō longe poſt plãxit. qua ratione enim is q aliquãdo uiſus eſt ſibi in humero oculū habere, humerum ꝑdidit, quodã modo enim dicebat ipſi ſomniū, reſpice humerū, aĩaduerſionē habe humeri. Eadem ratione & mulier, nō mãmam, ſed ſimilē mãmæ filium amiſit. XXXVIII

Viſus eſt ſibi qs, ſuū ipſius ſtercus cū pane comedere, ac delectari. præter legē hæres factus eſt, citra culpã tamen, propterea quod delectari ſibi uidebatur eo epulo, nō

autem extra ſuſpitionem, propter ſtercus. Veriſimile enim erat hoc lucrum turpitudine plenum eſſe. XXXIX

Viſus eſt ſibi qs duas filias uirgines habens, priorem quidem habere auream Venerem in capite alligatam, alterã uero uitis ſtipitem indidem enatam. Harum prior nupſit, altera mortua eſt. Nam Venus nuptiarum & generationis liberorũ ſignum erat, iuxta illud Homericum:

Tu iucunda obeas genialis factaq; lecti:

& materię precioſitas, iucunditatẽ nuptiarum ſignificabat. & alias cõueniẽs eſt Veneri aurum quod illigatũ habebat. & liberorum procreatio, indiſſolubiles nuptias ſignificabat. At uero uitis, mortis ſignum erat alteri filię imminẽtis, propterea quod è terra naſcatur, in terrã aũt corpora etiam reſoluuntur. & quod ſummo uigoris tempore, uitis fructu priuetur. XL

Viſus eſt ſibi quis, ex carnibus exire, uelut ſerpẽs depoſita ſenecta & exuuio ſe exerit, poſtridie mortuus eſt. Nam anima corpus relictura tales imaginationes ipſi exhibebat. XLI

Viſus eſt ſibi qs per ſomniũ in Iſthmo

eſſe

eſſe,et propriũ filium quęrere. Perijt filius ipſius, propter fabulã Melicertæ. XLII

Viſus eſt ſibi quis tres filios habens, à duobus cõciſus eſitari, & iuniorem re cognita alijs indignari ac triſtem eſſe, & rem indignã auerſatum dicere, Ego de parente non edam. Contigit iuniorẽ filium ipſius mori, ſolus enim nõ eſurus erat, nõ de carnibus, ſed de bonis paternis, prior parente uita decedens, & non aſſequens hæreditatem. Verum reliqui qui eſitarunt, ſucceſſores bonorũ paternorũ facti ſunt. XLIII

Viſus eſt ſibi quis, ſororem ipſius à patre, uiro abſtrahi, & alteri nuptũ dari. Contigit eum ꝙ ſomniũ uidit mori. Etenim pater meritò ſignificabat Iouem deũ uitæ autorem ipſi ſomnianti. Soror uero eandem cum anima rationẽ habens, abſtracta à uiro, de corpore abſtrahẽda erat à dæmone, & in alijs conuerſationibus ac ſedibus futura. Quemadmodũ hominũ opinio eſt, mortuorũ animas corporibus ſeparatas, in alijs cõuerſationibus eſſe. XLIIII

Viſus eſt ſibi quidam athleta, uterũ geſtare, & duas nigras infantes fœmellas parere. cęcus factus eſt. & pupillæ ipſius pro

lapſæ

lapſæ nigræ factæ ſunt. XLV

Viſus eſt ſibi uir quidam pancratiaſtes, ad certamen peperiſſe, & infantē puerum ſuum comediſſe, eo certamine inferior factus & ſuperatus eſt, & de cætero athleticam deſiuit. Nō enim uiri, ſed mulieris opus ſibi ſuſtinere uidebatur. XLVI

Viſus eſt ſibi qs, à ſua matre rurſus gigni. Ab exteris reuerſus ī patriā īuenit matrē ęgrotātē, et hęres ipſi ſucceſſit, atq; hoc erat rurſus ab ipſa gigni, nimirū ex paupɇtate ad opulētiā redigi à matre. Nā ī multa inopia ac pauptate cōſtitutꝰ erat. XLVII

Viſus eſt ſibi quis, barbam ſuam ardere ſplendido ac puro igne, huius filius nobilis & ſplēdidus factus eſt in uaticinatione, nō tamen diu ſimul uixerunt, ſed ꝑ incommoditatē quandam ſeparati, ſeorſim uixerunt. Etenim nobilem faciebat filium barba ardēs, nam filius ornamentū eſt patris, quemadmodū barba faciei. Quādoquidē uero ignis omnem materiā minuere ſolet, non ꝑmanſit apud ipſum filius, ſeparatus eſt aūt, non mortuus, propterea ꝙ citra fumum ignis purus arderet. XLVIII

Vir quidā Pācratiaſtes in Olympijs decerta-

certaturus lucta ſimul & pancratio, uiſus eſt ſibi, utraſq; manus ipſius aureas factas eſſe, neutram coronā adeptus eſt. Nam aureis manibus uelut ocioſis ac immobilibus uſurus erat. XLIX

Viſus eſt ſibi quis, transformatus urſæ manus habere, damnatus ad mortem, cum beſtijs depugnauit, & ad palum ligatus ab urſo corroſus eſt. Hoc enim & manui cōtingit, quum enim intra ſpeluncam latitat urſa, ori manum inſerit, & uelut adedens exugit, indeq; nutritur. L

Viſus eſt ſibi quis apud exteros legati munus obiens, per ſomnium ad domum redijſſe, deinde adſtantem uxorem ipſi dicere, muſa parua mortua eſt. literas accepit ab uxore, quod minimus natu ex liberis ipſius mortuus eſſet, ſuauis enim puer erat & deſiderabilis, uelut muſæ. LI

Viſus eſt ſibi quis, audire quendam dicentem, baculum ipſius confractum eſſe. ægrotauit, & paralyſi reſolutus eſt. firmamentum enim corporis à baculo indicabatur, hoc eſt robur & bona habitudo. Idē anxius & moleſte ferēs paralyſim diutius perſeuerantem, uiſus eſt ſibi, baculum

ipſiu

ipſius confractum eſſe, & ualde ſtatim ſa-
nitatẽ adeptus eſt. Non enim amplius ipſi
fulcro opus fore ſignificabat, quoniã ipſo
de cætero ad ambulandũ uſurus erat. LII

Viſus eſt ſibi quis fratrem habẽs apud
exteros degentẽ, & ſignificãtẽ ſubinde de
aduentu ſuo, fratrẽ ipſius cæcũ factũ adeſ-
ſe. Mortuus eſt qui ſomniũ uidit. Meritò,
quoniam impoſſibile erat ut frater ipſum
uideret. LIII

Viſa eſt ſibi mulier quædã, ancillã eius
imagine ipſius, quam in tabula depictam
habebat, et ueſtibus ipſius ab ipſa acceptis
uti, ueluti ad põpã acceſſura eſſet. Ea ipſa
ancilla ſtatim uirum ab ipſa: falſis crimina
tionib. intentis: abduxit, & dãni atq; pom
parũ itineris faciẽdi, ipſi cauſſa fuit. LIIII

Viſus eſt ſibi quis, alterũ humerum ui-
dere uolens, nõ poſſe, unoculus factus eſt.
atq; hoc modo, iuxta illum humerũ ocu-
lum non habens, neq; humerum ipſum ui
dere potuit. LV

Curſor in Olympia ſtadio decertãs co-
ronatus, aliud certamen parabat decerta-
re, & uidebatur ſibi in corona Olympica,
uelut in pelui pedes lauari. inferior factus

eſt eo

eſt eo certamine, & ſtadij quoque gloriã obfuſcauit. Nam prioris coronæ decus confuſione affecit. LVI

Viſus eſt ſibi quis, ſuper boue nigro uehi, bouem uero inuitum ipſum ferre, aut aliud quid mali perpetrare. Nauigabat, & illa ipſa die in magno periculo fuit, & non poſt multos dies ĩ naufragiũ collapſus, naue pereũte, uix ſeruatus eſt. Quomodo autem inter bouem ac nauem ſimilitudo ſit, in ſecundo libro relatum eſt. LVII

Viſus eſt ſibi quis, aquilã uiſcera ipſius unguibus correpta per urbem in theatrũ, multa turba refertum ferre, & oſtendere ſpectatoribus, atque ipſius patri filijs carenti, ĩ hoc ſomnio natus eſt ipſi filius inſignis & clarus in urbe. etenim aquila græca ſui appellatione ἀετὸς, ſignificabat hunc annum, in quo filius ipſi naſci deberet, uiſcera uero filium, ſic enim & filiũ uocare conſuetudo obtinuit. Delatio aũt in theatrũ, filij celebritatẽ ſignificabat. LVIII

Viſus eſt ſibi quis, in alueolo panario, (q & Macra, & Cardopus græcis appellatur) ſanguine humano referto, à quibuſdã portari, & congelatũ ſanguinẽ edere, dein

de obuiã uenientẽ ipſi matrẽ dicere, O fili, ignominioſam me feciſti. Poſtea uero deponentibus ipſum geſtatoribus, ad domũ perueniſſe ſibi uidebatur. Duello ac mono machiæ nomina dedit, & multis annis crudelem pugillatũ decertauit. Nam humanũ ſanguinẽ edere, ab humano ſanguine crudele & impium alimentũ ipſi ſignificabat, & matris uox, ignominiã uitæ præſagiebat. Portari aũt à baiulis & alueolo panario, perpetuũ ac aſſiduum periculum ſignificabat. Quę enim iſthic ponũtur, omnino inſumuntur, & fortaſſis in monomachia periiſſet tandẽ niſi depoſitus in domũ ſuã perueniſſet. Sero enim à quibuſdã fauentibus ipſi promotus ac perſuaſus, à monomachis & gladiatoribus liber euaſit. LIX

Viſus eſt ſibi quis, iaculũ cœlitus delapſum ipſum ſauciaſſe in alterũ pedẽ, hic à ſerpente cõmorſus eſt, qui Acontias à iaculo græcis appellatur, & pede illo carie ac putredine cõſumpto, mortuus eſt. LX

Viſus eſt ſibi quis, ſub iugum actus eſſe, & ſimul cũ fratre ſubiugatus eſſe, qui iam diu uita defunctus erat, & ſanè à matre ſic ſubiugatus ſibi uidebatur, & uelut iumentum

ſum impelli, matre habenas moderante. Is uenit ad matrē ægrotās, & mortuus eſt, & ſepultus ſimul cū fratre, atq; has bigas miſera mater coniunxit. LXI

Viſus eſt ſibi quis, ab Aeſculapio gladio ꝑcuſſus in uentrē uita decedere. Hinc abſceſſus in uentre factus eſt, & medicus ipſius Aeſculapius fuit, ſectione in ipſo uſus. LXII

Viſus eſt ſibi quis, pudendū ſuum pane ac caſeo, uelut animal quoddam cibare, male interijt. Cibum enim quem ori offerre oportebat, pudendo obtulit. Velut obſcure & in ænigmate ſignificans, quod neq; faciem, neq; os haberet. LXIII

Viſa eſt ſibi mulier quædā, ex pectore ipſius tritici ſpicas enatas eſſe, & in naturā ipſius refractas rurſus immergi. Hæc per caſum aliquē ignara cum filio ſuo coiuit, deinde ſeipſam interfecit, & male perijt. Spicæ enim filium ſignificabant. Verū immerſio ſpicarū in naturam ipſius, coitum. At uero interitum ipſius, ſignificabant ſemina ex corpore ipſius enata. propterea quod è terra, & non è uiuentium corporibus enaſcantur. LXIIII

Viſus eſt ſibi quis, in tunica propria ci-
mices ualde multos ac magnos reperire,
ac abominari, & ipſos abijcere uelle, ſed
nō poſſe. Poſtridie didicit uxorē ſuam ſtu-
pri conſuetudinem cum quibuſdam habe
re, & ex eo quidem triſtatus eſt, ſed ab ipſa
nō diſceſſit, impedimento quodā prohibi
tus. Significabāt enim tunicę, uxorem ipſi
circūplicatam, cimices uero turpitudinē,
quoniam aūt non poterat ipſos pro uolun
tate ſua auferre ac reijcere, neq; ab uxore
iuxta ꝓpoſitū ſuū diſcedere potuit. LXV

Viſus eſt ſibi quis, pudendū ſuum uſq;
ad extremū circulum piloſum factum eſ-
ſe, & hirſutū ac ualde denſis pilis obſitum
eſſe, derepente enatis. manifeſtarius palàm
cinædus factus eſt, omni corporis uolupta
te intemperāter uſus, effœminatus exiſtēs
& androgynus, uerum ſolo pudendo iux-
ta ritum uirilem nō eſt uſus. Proinde adeò
ocioſam hanc partem habebat, ut propte-
rea quod ad aliud corpus nō affricaretur,
etiam pilos produceret. LXVI

Viſus eſt ſibi quis, aliquē ipſi dicere, ſa-
crifica Aeſculapio. Poſtridie in magnā ca
lamitatē incidit, delapſus enim à uehiculo
ſubuerſo

ſubuerſo,dextram manum attriuit. atque hoc erat quod ille ſignificabat, cauere uidelicet oportere,et deo malorũ depulſori, ac diras amolienti ſacrificare. LXVII

Viſus eſt ſibi quis,ſpeculũ habere tonſoris,& ſtare in platea prope forum,et magni facere ſpeculo uti poſſe,poſtea conceſſo ſibi ſpeculo,ſe contemplatus eſt,uiditq; imaginem ſuam totam maculis refertam. Amore tenebatur hic amicæ, & nullo permittẽte ipſi eam ducere, ui duxit, & natus eſt ipſi filius uituperabilis, non ſolũ ob factum,ſed ꝙ etiã diſtortos oculos haberet. Verum ſpeculũ tonſoris,cõmunem uxorem ſignificabat, & quæ omnibus expoſita eſſet,& quæ nõ facili adultero uteretur, prohibebatur enim ipſam ducere in uxorem. Quoniã uero uidit imaginem ſuã, natus eſt ipſi filius,in reliquis ſimilis,non aũt irreprehenſibilis, propterea quod maculas haberet. LXVIII

Viſus eſt ſibi quis,in podice os habere, & dentes magnos ac pulchros, & uocem per ipſum edere,ac cibum capere, & quęcunque per os fieri ſolent, omnia ſimiliter habere, ob petulantiam linguæ patriam

ſuam reliquit, & in exilium expulſus eſt. prætermitto dicere cauſas, uteriſimiles em̃ & rationabiles erant euentus. LXIX

Viſus eſt ſibi quis Rhomæ degens, circum urbem uolare prope tegulas, et exultare ob uolandi ſucceſſum, & admirationi eſſe omnibus ſpectantibus. Verum à dolore quodam & cordis morſu ceſſare à uolando, & præ pudore occultari. Hic admirandus uir & excellens ac nobilis uates erat, & in urbe degens multas opes acquiſiuit, unaq́ꝫ in magna omnium admiratione fuit, nullam tamen utilitatem, neqꝫ ex uaticinatione, neqꝫ ex diuitijs percepit. Verũ uxor ipſum prodens auertit, ut præ pudore alió commigraret. LXX

Viſus eſt ſibi quis, ad uolandum ſe accingens, ab amico quodam prohibitus eſſe, ex dextro pede detẽtus. Nomen autem amici Iulius erat. Hic à Rhoma trãſmigraturus erat, & ſanè ea quę ad profectionem requirunt̃, præparauerat. Iam uero inſtãte Iulio mẽſe, ob incõmoditatẽ quãdam prohibitus eſt, et remoratus. Nõ tamen ea mora ad finem durabat, qa amicus erat à quo detinebatur. LXXI

Viſus eſt ſibi quis ægrotans, in tẽplum

Iouis profectus eſſe, & interrogare deum his uerbis, Melius'ne habebo & uicturus ſum? Et Iupiter quidem reſpondit ipſi nihil, annuit autẽ prono capite. Poſtridie is mortuus eſt, & ualde meritò, in terrã enim proſpiciebat deorſum pronuens deus. Qđ uero nõ præter rationem hoc euenerit, ex alio ſomnio cognouimus. LXXII

Mulier quædam ægrotans, uiſa eſt ſibi Venerem interrogare per ſomnium an uictura eſſet, & dea abnuit ſurſum moto capite, & nihilominus uixit mulier. Contraria enim priori figura, in cœlũ uidelicet reſpicientis, ſalutaris erat. LXXIII

Viſa eſt ſibi mulier quedã quæ filios ſibi gigni optabat, ſellas uidere obſtetricarias, qbus mulieres in puerperio utuntur, mari innatãtes. Prægnantẽ quidem ipſam eſſe contigit, mater aũt non eſt facta, uerum ſeptem quos peperit filios, mori uidit ante tẽpus, faſcijs adhuc inuolutos. LXXIIII

Viſus eſt ſibi quis, trãsformatus arbor magna factus & bifida, & alterã quidem partẽ eſſe populũ albam, alterã uero pinũ. Deinde populo quidem aues omnis generis inſidere, pinui uero laros & mergos,

& quæcunq; aliæ ſunt marinæ aues. Nati ſunt ipſi filij duo, quorũ alter athleticam & laborioſam uitam duxit, propter popu lum albam, & multam terram peragrans, omnis generis hoĩes & minime cognatos pertulit. Alter tametſi agricolæ filius eſſet, nauclerus factus eſt, et nõ ignobilis nauta. Ipſe uero q ſomniũ uidit, ad longã ſenectã puenit, & feliciter uitam finiuit. LXXV

Viſus eſt ſibi quis qui filium pancratia ſten ad olympia perduxerat, filium ipſum morti adiudicatũ eſſe, & mactandũ à lon- ge ad aram Iouis. Ipſe aũt multum lamen- tans, & plurimis precibus fuſis, impetraſ- ſe ſibi amplius uidebat, ut filius morti non traderetur. Huius filius ſelectus eſt ad cer- tamen, ac decertauit, & quũ in magna ſpe uictoriæ aſſequendæ eſſet, inferior factus ac ſuperatus eſt. Meritò, neque enim in fi ne, hoc eſt complemento uictoriæ erat, ne que ſanè publicum adeptus eſt honorem. Quemadmodũ enim ueriſimile eſt, ut qui magno animo ac ſtudio ad aliquod perfi- ciendum incumbunt, etiam publice mag- nis honoribus digni cenſeantur, Eodẽ mo do & Olympionicæ. LXXVI

Viſus

Viſus eſt ſibi quis qui filiũ ad olympia luctatorẽ perduxerat, filiũ à græcis iudicibus mactatũ in ſtadio ſepultũ eſſe. Huius filius Olympionices, hoc eſt uictor in Olympico certamine euaſit. Nã conſequens eſt, ut mortuo ſepulchralis inſcriptio & epitaphium ſtatuatur, quẽadmodũ Olympionicæ ut beatus dicatur. LXXVII

Viſus eſt ſibi quis, dicere ipſi aliquem, Mortẽ quidẽ ne timeas, uiuere aũt non potes. Cœcus factus eſt, recte & iuxta rationem hoc ipſo eueniente, Nõ moriebat̃ eñ in quãtũ & quatenus uiuebat. Nõ uiuebat aũt quatenus lucẽ nõ uidebat. LXXVIII

Curſor ſacrũ certamẽ decertaturus, uiſus eſt ſibi amphorã habens ad fontẽ perueniſſe, hauſturus aquã, & donec peruenerat ad fontem, aqua fluebat, adhuc aũt adeunte ipſo, & uolẽte capere, ceſſauit aqua. Poſtq̃ uero interiecto tẽpore rurſus adiret, ſimiliterq́ʒ flueret, iam ipſo adeũte rurſus ceſſauit, & tertio eodẽ modo, ad finem uero etiam in totũ defecit, adeò ut is iratus proijceret ac cõfringeret amphorã, quam ferebat. Hic in certamine curſus ex æquo alteri ferebatur, & quãuis uictoriȩ lanx ad

ipſum magis inclinaret, tamen rurſum cur/rere cogebatur, & quũ ſecundo ad metam ſimul cũ aduerſario perueniſſet, tertio cu/currit, & quũ non parũ multa lancis incli/natio ſecũdũ ipſum eſſet, corona priuatus eſt. Promouebat eñ aduerſariũ is q certa/men celebrabat. In ſomnio itaq; aſſimulari poterat, fons certamini. Canalis aũt certa/minis præfecto. Aqua coronę, amphora e/xercitio. Priuatio aquę, canali ipſam p tem pus exhibente, priuationi coronę, propter præfectum aduerſario fauentem. Exerci-tium fruſtra factum, amphoræ quã poſtre mum indignatus confregit. LXXIX

Curſor ſacrũ certamen decertaturus, ui ſus eſt ſibi canalem aquę cœno ac ſtercore refertum ſcopis expurgare, ac multa aqua eluere, quo amplum ac probe perfluũ & purum redderet. Poſtridie admoto cly-ſteri, & eductis ex uentre induratis ſterco/ribus, quãuis propinquũ adeſſet certamẽ, tamen leuipes ac promptus ad curſum fa/ctus, coronatus eſt. LXXX

Viſa eſt ſibi mulier quædã, amatorem ipſius porcinum caput ipſi donaſſe. Odio habuit amatorem, ipſumq; reliquit. Ve/

neri

neri enim ingratus eſt porcus. LXXXI

Viſus eſt ſibi quidam circularis tibicen, plantas pedum ſuorum in tibias excauatas eſſe. Deſiuit tibia canere, & à certando quieuit ac ceſſauit, atque ſic tibijs uſus eſt pedibus, uelut in tibias excauatis, non amplius uidelicet progrediens ad ſcenarum opera. LXXXII

Viſus eſt ſibi quis, conuictores & ſuæ tribus phratoras ipſi inſtantes derepente dicere, ſuſcipe nos & cœnam para. Ipſe uero dicere ſibi uidebatur, Ego certe æs non habeo, neq; unde uos cõuiuio excipe poſſim, atq; his uerbis illos à ſe ammouiſſe. Poſtridie in naufragium collapſus, & ad extremũ periculum deuolutus, uix ſeruatus eſt. Meritò & pro ſomnij ratione ipſi hoc eueniente. Mos enim conuictoribus, etiam in defunctorum ædes ingredi ac cœnare. Epulum autem à defuncto exhibitũ eſſe dicitur, pro honore quem cõuictores defuncto habent. Verum ille qui ipſos nõ excepit, merito periculũ ſignificabat, quia uero ipſe non promiſit epulũ, merito ſeruatus eſt. Nã inſtantes & expectantes ſui ad cœnã exceptionẽ à ſe repellebat. At uero

naufra

naufragium ſignificabat, quod ob penuriã pecuniæ ipſos repulit. LXXXIII

Viſus eſt ſibi quis, panem in melle tinctum edere, ad ſermones ac diſciplinas philoſophiæ animũ adiecit, & ſapientiã ipſorum ſibi comparauit, multasq; opes acquiſiuit. Significabat enim mel ſapientiæ ſuauiloquentiam ut ueriſimile eſt, panis uero opulentiam. LXXXIIII

Viſus eſt ſibi quis, ex pectore ipſius tritici ſpicas enatas eſſe, deinde acceſſiſſe aliquem ac ſpicas euulſiſſe, tanq; ipſi indecoras. Habebat filios duos, & mortui ſunt ambo in calamitatẽ malã delapſi, Latronibus enim irrumpentibus in ædes ipſorũ, quas in agris habebant, perierunt. Significabant enim ſpicæ filios, erat enim maſculum ſemen. Ablatio uero ſpicarum, puerorum occiſionẽ & ſublationem. LXXXV

Viſus eſt ſibi ſeruus quidã, ouum ab hera accipere coctum, & putamen quidẽ abijcere, ouo uero uti, Huius hera prægnans erat, & poſtea filiolũ genuit, atq; ipſa quidem mortua eſt, Qui uero ſomniũ uidit infantem accepit & educauit, à uiro heræ id facere iuſſus, atq; hoc modo circũambiẽs

& com-

& complectens reiectile, & nullius pretij erat, contẽtum uero, alimenti occaſionem ſomnianti dedit. LXXXVI

Viſa eſt ſibi mulier quædã, pudendum mariti à reliquo corpore reſectũ, in manibus habere, eiuſq; curã gerere, ac multam prouidentiam adhibere, ut ſeruaretur, Natus eſt ipſi filius ex marito, quẽ educauit. Nam uiri pudendũ, filij ſignũ erat, ex ipſo enim filius natus fuerat. Quandoquidem uero ipſum à reliquo corpore ademptum erat, filium educauit, uiro autem per mortem ſpoliata eſt. LXXXVII

Viſus eſt ſibi quis, à Marte iniri, affectio ipſi facta eſt circa ſedem & meatũ, & quũ nõ poſſet alio aliquo modo curari, ſectione uſus curatus eſt. Significabat enim Mars ferrũ, quẽadmodũ etiã in cõſuetudine transnominatiue per Metonymiã appellamus. Verũ uoluptas in coitu, nõ lethalem fore ſectionẽ indicabat. LXXXVIII

Viſus eſt ſibi quis, argentum non habere, atq; ideo triſtis eſſe. Contigit ut in ſtuporem attonitũ collaberetur, & moreretur. Meritò, non enim ſumptus uitæ ipſi ſuppetebant, neq; unde uitæ ſuſtentandæ ne-

cessaria

ceſſaria acciperet, habebat. LXXXIX

Viſus eſt ſibi quis ſtomachũ ægrotans, & ab Aeſculapio auxiliarẽ cõpoſitionem medicamẽti precatus, per ſomniũ in templum dei ingredi, & deũ extentis dextræ manus ſuæ digitis exhibere ipſi ad edendum palmulas quinq;. Has itaq; comedit ac curatus eſt. Nam palmæ glandes bonæ & gratioſiores, digiti græcis, hoc eſt dactyli uocantur. XC

Viſus eſt ſibi quis, aurũ multũ ac ſplẽdidũ ſupra humeros ferre. Cœcus factus eſt ob ſplendorẽ auri, Nam ut ueriſimile eſt, uiſum ipſius obſcurabat. XCI

Viſus eſt ſibi quis, tria pudenda habere, ſeruus erat, & manumiſſus eſt, & tria nomina pro uno acquiſiuit, duobus ex manumittente aſſumptis. XCII

Quidã ægrotãs precatus eſt Serapim, ut ſi cõualiturus eſſet, dextrã manũ ipſi in ſomnijs cõcuteret, ſin minus, ſiniſtrã. & ſane uiſus eſt ſibi, in tẽplũ Serapidis ingredi, & cerberũ abrepta manu eius dextra ipſũ concutere. Sequenti die mortuus eſt. Merito, ablata enim dextera, expeditior erat cerberus ad ipſum ſuſcipiẽdum, qui alias

mors

mors eſſe putatur. XCIII

Viſus eſt ſibi quis, à Serapide in calathum, quē in capite ſitum habebat, coniectus eſſe, Mortuus eſt. Pluto enim deus ille eſſe creditur. XCIIII

Quidā ſectionē circa ſcrotū admiſſurus, precatus eſt Serapim, ut ſomniū ipſi immitteret de ſectionis ſucceſſu, & uiſus eſt ſibi, deū ipſi dicere, Cōfidēs ſectionē admitte, ſectus curaberis. Mortuus eſt, Erat em̄ uelut ſanatus, citra dolorē futurus. Veriſimile autem erat, hoc ſic ipſi euenturū eſſe, quoniam non Olympius neq; Aetherius eſt deus, ſed ſubterraneus. XCV

Viſus eſt ſibi quidā Athleta, reſectis pudendis, & ſimul uincto capite coronatus eſſe, factus eſt ſacrorū certaminū uictor, & nō ignobilis, & quouſq; ſanè incorruptus erat, ſplendide & inſigniter athleticā exercebat. Poſtquam aūt rebus uenereis uſus eſſet, inglorius artem deſiuit.

Baſileæ per Hieronymū Frobenium
& Nicolaum Epiſcopiū, menſe ſeptembri, Anno
1539

1704


FRO BEN.

COUNTWAY LIBRARY OF MEDICINE
BF
1075
A77 L3

RARE BOOKS DEPARTMENT